JAHRESBERICHT

UEBER DAS

KURFUERSTLICHE GYMNAS

ZU HERSFELD,

WOMIT

ZU DEN AM 18., 19. UND 20. MAERZ ZU HALTENDEN

OEFFENTLICHEN PRUEFUNGEN UND SCHULFEIERLICHKEI

EINLADET

DER DIRECTOR DES GYMNASIUMS

Dr. Wilhelm Münscher.

VORAN GEHT:

COMMENTATIO DE HERMAGORA RHETORE.

SCRIPSIT

CAROLUS GUILIELMUS PIDERIT,

PRAECEPTOR GYMNASII.

HERSFELD.

DRUCK UND PAPIER VON FLORENTIN SCHUSTER.

1839.

PRAEFATIO.

Qui singulari scriptione aliquam antiquitatis partem illustra dam sibi proposuerunt, iis hoc mihi prae ceteris agendum esse vid tur, ut non solum totam sibi *materiam* et disiecta quasi membr quantum fieri potest, colligant, sed providi etiam cautique, ne qui temere amplectantur, a falsis vera recte dirimentes, *judicii* sanitat et prudentia ubique utantur. Etenim quum quaevis monographi tamquam excursus haberi possit, universae alicui disciplinae additus et plenissimae et accuratissimae singularum rerum descriptioni hi proprius locus est. Neque tamen hoc negligendum esse dixerim ut *rationem viam*que, qua sint ingressi, luculenter ostendere, singula rumque partium concinnitatem, qualis artificii esse solet, maximoper consequi studeant.

Quod etsi bene cognitum a me et intellectum sit, ne a viri doctis dissertatio mea ita aestimetur, ut ipsa illa praecepta ad cen suram adhibeant, hoc eos reputare velim, inter scientiam et factun

multum interesse. Equidem profecto quum ab eorum arrogantia longe remotus sim, qui primis iam eruditionis suae speciminibus magnam se literis lucem affudisse gloriantur, operam me non perdidisse credam, si ex tota historia eloquentiae Graecae eum certe locum, qui ad Hermagoram eiusque artem pertinet, ita composuerim, ut vivida et plerumque vera eius imago in lectorum animis insideat.

Hersfeldae, mense Aprili MDCCCXXXIX.

I. DE HERMAGORAE VITA.

Graeciae inprimis Athenarum libertate fracta eloquentia quoque concidit, libertatis socia et alumna, quae quum intime cum republica coniuncta esset, hac l factata et ipsa obmutescere coacta est. Athenis [1]) circiter centum et quinquag annos viguerat, quum patriae pernicie bene intellecta antiquam reliquit sedem, q tutum domicilium ipsaque dignum praebere non amplius videretur, et ad orien versus et ad occidentem refugium quaesivit, ubi flos, qui flaccescere coeperat, n splendore revirescere posset. „Nam ut semel, Cicero in Bruto [2]) dicit, e Piraeo quentia evecta est, omnes peragravit insulas.“ Et primum quidem ad orientem s convertit, cuius indolem atque naturam qualiscunque fuit, sibi adjunxit. In duas tem partes distributa est, quarum altera, ut Cicero eodem illo loco inquit, „ita pe grinata tota Asia est, ut se externis oblineret moribus, omnemque illam Atticae dic nis quasi sanitatem perderet, ac loqui paene dedisceret. Hinc Asiatici oratores n contemnendi quidem, nec celeritate, nec copia, sed parum pressi et nimis redund tes“ [3]). Altera Rhodum commigravit, sanior [4]) et Atticae sanitatis [5]) similior. Sch

1) Cf. Cic. Brut. c. 13. Vell. Paterc. I. 18. Ruhnk. hist. crit. p. XXXVI. et omn Westermann. Geschichte der Beredsamkeit in Griechenland und Rom. I. Th. Gesch. gr. B. Lpzg. 1833. §. 76. p. 164. sqq. II. Th. Gesch. d. röm. B. Lpzg. 1835. §. p. 130.

2) c. 13, 51.

3) Cic. Brut. c. 95. Orat. c. 8. de opt. gen. or. c. 3. Quinct. XII. 10. 17.

4) Cic. Brut. c. 13, 51. Quinct. XII. 10, 18. sqq.

5) Dial. de orat. c. 25. ubi cave aliter legas, quam sanitatem. Cf. quae Peter de Boetticheri edit. Berl. 1832 in: Zeitschrift für d. Alterthumsw. mens. Aug. 1 N. 99. 100. disputavit.

ibi orta diu viguit, cuius inter praeceptores inprimis **Hermagoras** [1]) rhetor et Apollonius Alabandensis, cognomine Molonis, excelluerunt. Quorum ille quum non solum, ut alter, primam fere summi Romani oratoris institutionem certe scriptis suis in se susceperit, sed etiam velut propriam in arte oratoria viam fecerit [2]), vitam eius et ingenium artemque accuratius describere, operae pretium videtur esse.

Is autem ipse, cujus doctrinam Ciceronem in rhetoricorum s. de inventione libris, qui vocantur, secutum esse constat [3]), diligenter a duobus aliis eiusdem nominis hominibus distinguendus est.

Nam Quinctiliani iam temporibus noster cum aliis confusus esse videtur. „Sunt inscripti in inst. or. lib. III. 5, 14. inquit, nomine Hermagorae libri, (qui confirmant illam opinionem) sive falsus est titulus, **sive alius hic Hermagoras fuit.** Nam eiusdem esse quomodo possunt, qui de hac re mirabiliter multa composuit." — Quare ne hac ambiguitate impediamur, neve in alium transferamus, quae nostri sint, et in nostrum aliena, ante omnia eum, de quo disputamus, a reliquis seiungere opus est; et primum quidem ab **Amphipolitano**, quem Suidas s. v. commemorat, qui *Ἑρμαγόρας*, inquit, *Ἀμφιπολίτης, φιλόσοφος, μαθητὴς Περσαίου διάλογοι Μισοκύων ά, περὶ ἀτυχημάτων, ἔκχυτον ἔστι δὲ* (leg. *ἔτι δὲ*) *ὠοσκοπία, περὶ σοφιστείας πρὸς Ἀκαδημικούς*, quem a nostro diversum esse, eo facilius est intellectu, quo minus illo tempore is, qui philosophiam profitetur, cum rhetore confundi potest, (licet philosophi interdum, ut Posidonius, de arte dicendi disputarent) neque scripta illius cum libris rhetoricis nostri quidquam commune habent, praeterquam quod, quantum equidem scio, nos omni huius philosophi notitia plane destituti sumus.

Alia causa alterius est **Theodori Gadarensis discipuli**, cuius aetatem et quae omnino de eo constent, propius circumspici necesse est, priusquam de nostro decernamus. Primum igitur ea, quae Quinctilianus [4]) his verbis memoriae prodidit: „plura Theodorus scripsit, **cuius auditorem Hermagoram sunt, qui viderint**", recte reputantibus hunc sub Augusto et Tiberio vixisse consentaneum videbitur.

Nam ut inter aequales Quinctiliani, qui institutiones suas oratorias sub finem

---

1) Hac casus nominativi forma uti licebit, quamquam Ciceronem Quinctilianus inst. or. lib. I. 5, 61. Hermagora, non Hermagoras dixisse affirmat.

2) Quinct. inst. or. III. 1, 16.

3) Quinct. III. 11, 18.

4) Inst. or. III. 1. 8.

imperii Domitiani circa annum nonagesimum post Ch. scripsisse videtur [1]), pauc qui Hermagoram viderint, sexagenarii fuerint, vel septuagenarii, hunc Theodori d pulum sexaginta circiter annis ante etiam vixisse primo adspectu apparet; quod qui cum Theodori Gadarensis, praeceptoris, aetate optime convenit. Hunc enim Apollo Pergameni, qui Augusti magister fuit, [2]) adversarium non solum Suetonius [3]) et Q ctilianus [4]) Tiberii Caesaris praeceptorem appellant, sed etiam Strabo [5]) claris ve aequalem nominat, unde Hermagoram, quippe qui discipulus Theodori fuerit, gusti et maxime Tiberii temporibus vixisse patet, quod Suidae etiam testim confirmari deinde videbimus.

Itaque Westermannum miror, quamquam utrumque Hermagoram bene nc tamen non ubique recte distinxisse; ut iam inde apparet, quod, ubi de altero loqui (§. 88, 24.) ad ea, quae de nostro disputaverat, (§. 83, 11.) lectorem remittit. Cu confusionis et illud documentum esse arbitror, quod prioris Hermagorae fragme apud Senecam rhetorem exstare putavit. (§. 83, 11.) Hoc, ni fallor, oblitus erat, Senec initio controv. lib. I. dicere „Jubetis (sc. filii Novate, Seneca, Mela) quid de his dec matoribus sentiam, qui in aetatem meam inciderunt, judicare, et si qua mem riae meae nondum elapsa ab illis dicta colligere. Est, fateor, iucundum mihi red in antiqua studia, melioresque ad annos respicere, et vobis querentibus, quod tant opinionis viros audire non potueritis, detrahere ipsam temporum iniuriam“. Int tantae vero opinionis viros, quos Seneca audiverit, nonnisi Hermagoras, qui serio tempore vixit [6]), haberi potest, quem et ipsum artium rhetoricarum auctorem [7]) hoc sat

---

1) Cf. Westermann l. l. II. Th. §. 80. Baehr, Gesch. d. röm. Lit. Carlsruhe 18 §. 264 et §. 265.

2) Strab: XIII. p. 625. Μάλιστα ἐξῇρε τὸν Ἀπολλόδωρον ἡ τοῦ Καίσαρος φιλία σ βάστου, διδάσκαλος τῶν λόγων γενόμενος.

3) vit. Tib. c. 57. ' Saeva ac lenta natura ne in puero (Tib.) quidem latuit; quam The dorus Gadareus, rhetoricae praeceptor, et perspexisse primus et assimilas aptissime visus est.

4) Inst. or. III. 1. 16. Theodorus Gadareus, qui se dici maluit Rhodium, quem studio audiisse, quum in eam insulam secessiset, dicitur Tiberius Caesar. cf. Suet. Tib. c. 11.

5) Strab. XVI. p. 759 ἐκ δὲ τῶν Γαδάρων — Θεόδωρος ὁ καθ' ἡμᾶς ῥήτωρ.

6) Num idem sit, qui apud Maxim. Planud. σχολ. εἰς στασ. T. V. p. 337. Walz. Ἑρμαγο ρας ὁ νεώτερος appellatur, deinde videbimus.

7) Strab. XIII. 621.

JAHRESBERICHT

UEBER DAS

KURFUERSTLICHE GYMNASI

ZU HERSFELD,

WOMIT

ZU DEN AM 18., 19. UND 20. MAERZ ZU HALTENDEN

OEFFENTLICHEN PRUEFUNGEN UND SCHULFEIERLICHKEITE

EINLADET

DER DIRECTOR DES GYMNASIUMS

Dr. Wilhelm Münscher.

VORAN GEHT:

COMMENTATIO DE HERMAGORA RHETORE.

SCRIPSIT

CAROLUS GUILIELMUS PIDERIT,

PRAECEPTOR GYMNASII.

HERSFELD.

DRUCK UND PAPIER VON FLORENTIN SCHUSTER.

1839.

PRAEFATIO.

Qui singulari scriptione aliquam antiquitatis partem illustrandam sibi proposuerunt, iis hoc mihi prae ceteris agendum esse videtur, ut non solum totam sibi *materiam* et disiecta quasi membra quantum fieri potest, colligant, sed providi etiam cautique, ne quid temere amplectantur, a falsis vera recte dirimentes, *judicii* sanitate et prudentia ubique utantur. Etenim quum quaevis monographia tamquam excursus haberi possit, universae alicui disciplinae additus, et plenissimae et accuratissimae singularum rerum descriptioni hic proprius locus est. Neque tamen hoc negligendum esse dixerim ut *rationem viam*que, qua sint ingressi, luculenter ostendere, singularumque partium concinnitatem, qualis artificii esse solet, maximopere consequi studeant.

Quod etsi bene cognitum a me et intellectum sit, ne a viris doctis dissertatio mea ita aestimetur, ut ipsa illa praecepta ad censuram adhibeant, hoc eos reputare velim, inter scientiam et factum

multum interesse. Equidem profecto quum ab eorum arrogantia longe remotus sim, qui primis iam eruditionis suae speciminibus magnam se literis lucem affudisse gloriantur, operam me non perdidisse credam, si ex tota historia eloquentiae Graecae eum certe locum, qui ad Hermagoram eiusque artem pertinet, ita composuerim, ut vivida et plerumque vera eius imago in lectorum animis insideat.

Hersfeldae, mense Aprili MDCCCXXXIX.

I. DE HERMAGORAE VITA.

Graeciae inprimis Athenarum libertate fracta eloquentia quoque concidit, li-bertatis socia et alumna, quae quum intime cum republica coniuncta esset, hac la-factata et ipsa obmutescere coacta est. Athenis [1]) circiter centum et quinquagi- annos viguerat, quum patriae pernicie bene intellecta antiquam reliquit sedem, q- tutum domicilium ipsaque dignum praebere non amplius videretur, et ad orient- versus et ad occidentem refugium quaesivit, ubi flos, qui flaccescere coeperat, no- splendore revirescere posset. „Nam ut semel, Cicero in Bruto [2]) dicit, e Piraeo e- quentia evecta est, omnes peragravit insulas." Et primum quidem ad orientem s- convertit, cuius indolem atque naturam qualiscunque fuit, sibi adjunxit. In duas a- tem partes distributa est, quarum altera, ut Cicero eodem illo loco inquit, „ita pe- grinata tota Asia est, ut se externis oblineret moribus, omnemque illam Atticae dicti- nis quasi sanitatem perderet, ac loqui paene dedisceret. Hinc Asiatici oratores n- contemnendi quidem, nec celeritate, nec copia, sed parum pressi et nimis redunda- tes" [3]). Altera Rhodum commigravit, sanior [4]) et Atticae sanitatis [5]) similior. Scho-

1) Cf. Cic. Brut. c. 13. Vell. Paterc. I. 18. Ruhnk. hist. crit. p. XXXVI. et omni- Westermann. Geschichte der Beredsamkeit in Griechenland und Rom. I. Th. Gesch. gr. B. Lpzg. 1833. §. 76. p. 164. sqq. II. Th. Gesch. d. röm. B. Lpzg. 1835. §. p. 130.

2) c. 13, 51.

3) Cic. Brut. c. 95. Orat. c. 8. de opt. gen. or. c. 3. Quinct. XII. 10. 17.

4) Cic. Brut. c. 13, 51. Quinct. XII. 10, 18. sqq.

5) Dial. de orat. c. 25. ubi cave aliter legas, quam sanitatem. Cf. quae Peters- de Boetticheri edit. Berl. 1832 in: Zeitschrift für d. Alterthumsw. mens. Aug. 18- N. 99. 100. disputavit.

ibi orta diu viguit, cuius inter praeceptores inprimis **Hermagoras** [1]) rhetor et Apollonius Alabandensis, cognomine Molonis, excelluerunt. Quorum ille quum non solum, ut alter, primam fere summi Romani oratoris institutionem certe scriptis suis in se susceperit, sed etiam velut propriam in arte oratoria viam fecerit [2]), vitam eius et ingenium artemque accuratius describere, operae pretium videtur esse.

Is autem ipse, cujus doctrinam Ciceronem in rhetoricorum s. de inventione libris, qui vocantur, secutum esse constat [3]), diligenter a duobus aliis eiusdem nominis hominibus distinguendus est.

Nam Quinctiliani iam temporibus noster cum aliis confusus esse videtur. „Sunt inscripti in inst. or. lib. III. 5, 14. inquit, nomine Hermagorae libri, (qui confirmant illam opinionem) sive falsus est titulus, **sive alius hic Hermagoras fuit.** Nam eiusdem esse quomodo possunt, qui de hac re mirabiliter multa composuit.“ — Quare ne hac ambiguitate impediamur, neve in alium transferamus, quae nostri sint, et in nostrum aliena, ante omnia eum, de quo disputamus, a reliquis seiungere opus est; et primum quidem ab **Amphipolitano**, quem Suidas s. v. commemorat, qui *Ἑρμαγόρας*, inquit, *Ἀμφιπολίτης, φιλόσοφος, μαθητὴς Περσαίου διάλογοι Μισοκύων ά, περὶ ἀτυχημάτων, ἔκχυτον ἔστι δὲ* (leg. *ἔτι δὲ*) *ᾠοσκοπία, περὶ σοφιστείας πρὸς Ἀκαδημικούς*, quem a nostro diversum esse, eo facilius est intellectu, quo minus illo tempore is, qui philosophiam profitetur, cum rhetore confundi potest, (licet philosophi interdum, ut Posidonius, de arte dicendi disputarent) neque scripta illius cum libris rhetoricis nostri quidquam commune habent, praeterquam quod, quantum equidem scio, nos omni huius philosophi notitia plane destituti sumus.

Alia causa alterius est **Theodori Gadarensis discipuli**, cuius aetatem et quae omnino de eo constent, propius circumspici necesse est, priusquam de nostro decernamus. Primum igitur ea, quae Quinctilianus [4]) his verbis memoriae prodidit: „plura Theodorus scripsit, **cuius auditorem Hermagoram sunt, qui viderint**“, recte reputantibus hunc sub Augusto et Tiberio vixisse consentaneum videbitur.

Nam ut inter aequales Quinctiliani, qui institutiones suas oratorias sub finem

---

1) Hac casus nominativi forma uti licebit, quamquam Ciceronem Quinctilianus inst. or. lib. I. 5, 61. Hermagora, non Hermagoras dixisse affirmat.

2) Quinct. inst. or. III. 1, 16.

3) Quinct. III. 11, 18.

4) Inst. or. III. 1. 8.

imperii Domitiani circa annum nonagesimum post Ch. scripsisse videtur [1]), pauci qui Hermagoram viderint, sexagenarii fuerint, vel septuagenarii, hunc Theodori di pulum sexaginta circiter annis ante etiam vixisse primo adspectu apparet; quod qui cum Theodori Gadarensis, praeceptoris, aetate optime convenit. Hunc enim Apollo Pergameni, qui Augusti magister fuit, [2]) adversarium non solum Suetonius [3]) et Qu ctilianus [4]) Tiberii Caesaris praeceptorem appellant, sed etiam Strabo [5]) claris ve aequalem nominat, unde Hermagoram, quippe qui discipulus Theodori fuerit, A gusti et maxime Tiberii temporibus vixisse patet, quod Suidae etiam testimo confirmari deinde videbimus.

Itaque Westermannum miror, quamquam utrumque Hermagoram bene no tamen non ubique recte distinxisse; ut iam inde apparet, quod, ubi de altero loquit (§. 88, 24.) ad ea, quae de nostro disputaverat, (§. 83, 11.) lectorem remittit. Cu confusionis et illud documentum esse arbitror, quod prioris Hermagorae fragme apud Senecam rhetorem exstare putavit. (§. 83, 11.) Hoc, ni fallor, oblitus erat, Seneca initio controv. lib. I. dicere „Jubetis (sc. filii Novate, Seneca, Mela) quid de his decl matoribus sentiam, qui in aetatem meam inciderunt, judicare, et si qua mem riae meae nondum elapsu ab illis dicta colligere. Est, fateor, iucundum mihi redi in antiqua studia, melioresque ad annos respicere, et vobis querentibus, quod tant opinionis viros audire non potueritis, detrahere ipsam temporum iniuriam“. Inte tantae vero opinionis viros, quos Seneca audiverit, nonnisi Hermagoras, qui serio tempore vixit [6]), haberi potest, quem et ipsum artium rhetoricarum auctorem [7]) hoc sati

---

1) Cf. Westermann l. l. II. Th. §. 80. Baehr, Gesch. d. röm. Lit. Carlsruhe 183 §. 264 et §. 265.

2) Strab: XIII. p. 625. *Μάλιστα ἐξῆρε τὸν Ἀπολλόδωρον ἡ τοῦ Καίσαρος φιλία σεβάστου, διδάσκαλος τῶν λόγων γενόμενος.*

3) vit. Tib. c. 57. ' Saeva ac lenta natura ne in puero (Tib.) quidem latuit; quam Theodorus Gadareus, rhetoricae praeceptor, et perspexisse primus et assimilasse aptissime visus est.

4) Inst. or. III. 1. 16. Theodorus Gadareus, qui se dici maluit Rhodium, quem studiose audiisse, quum in eam insulam secessiset, dicitur Tiberius Caesar. cf. Suet. Tib. c. 11.

5) Strab. XVI. p. 759 *ἐκ δὲ τῶν Γαδάρων — Θεόδωρος ὁ καθ' ἡμᾶς ῥήτωρ.*

6) Num idem sit, qui apud Maxim. Planud. *σχολ. εἰς στασ.* T. V. p. 337. Walz. *Ἑρμαγόρας ὁ νεώτερος* appellatur, deinde videbimus.

7) Strab. XIII. 621.

insigni testimonio in honore fuisse videmus. Quam ob rem non solum fragmenta illa, sed etiam quae Seneca de Hermagorae arte dicendi scripsit,[1]) ad Theodori discipulum referenda sunt.[2]) Nimirum in controv. lib. II. 14, p. 195. ed. Bip. „Hermagoras, inquit, raras sententias dicebat, sed argutas et quae auditorem diligentem penitus afficerent, securum et negligentem transcurrerent.“ Qua in re hunc praeceptoris sui exemplum imitatum esse ex Sen. controv. lib. II. 9. p. 166. colligi poterit.[3])

Hermagoras autem, nobilissimus ille, de quo agimus, in Senecae aetatem incidere non potuit, quum ne Ciceronis quidem aequalis fuisse videatur. Prima vero illius rhetoris vestigia quaerenti Ciceronis rhetoricorum libri statim in mentem veniunt, in quibus eum Hermagorae doctrinam secutum esse, non solum ex argumento, sed etiam ex disertis veterum testimoniis, maxime Quinctiliani, colligi potest, qui in inst. or. lib. III. 11. 18. „Cicero, inquit, in rhetoricis Hermagoram est secutus“, et III. 6. 59. errorem Ciceronis inde ortum esse suspicatur, quod Hermagoram non recte intellexerit, eiusque exempla, quae ante oculos habuerit, non recte videatur perpendisse. Hos autem rhetoricorum libros, quos Cicero ipse in lib. de or. I. 2. 5. puero aut adolescentulo sibi ex commentariolis suis inchoatos ac rudes excidisse dicit, a. u.

---

1) Sen. contr.. I. 1. p. 80. Bip. Hermagoras in hac controversia (sc. patruus abdicans) transiit a proemio in narrationem eleganter, rarissimo quidem genere, ut in eadem re transitus esset, sententia esset, schema esset. II. 9. p. 154. II. 11. p. 170. H. solebat interdum diu schemata prosequi, interdum breviter et fortius attingere, sicut in hac sententia fecit, cum suspicionem facere vellet, inter raptae patrem et raptorem collusionis, πέπεισται, φησὶν, ὁ τῆς φθαρείσης πατὴρ ὅδε, ὡς ταχέως μονονοὺ πρὸ τῆς φθορᾶς. II. 14. p. 195. In hac controversia (pater et filius luxoriosi) dixit: ὦ τύχης δεινῆς! ταῦτα ἐπιτάττοντες ἀλλήλοις ἐποιοῦμεν. III. 20. p. 146. 147. H. cum miserabilem dixisset pueri conditionem esse, qui infestus novercae et procuratori redderetur, dixit, iam procuratorem clamare: οὐκ ἔστιν ἡμέτερος. V. 30. 341. (in con. lugens pauperis filius divitem sequens) H. dixit: κτίσωμεν ἰδίᾳ ὦ πένητες, πόλιν. οἱ δὲ πλούσιοι τὴν αὑτῶν etc. praef. lib. III. p. 204. Ad hunc non ignobilem declamatorem in altera disputationis parte, ubi de arte Hermagorae disseremus, interdum revertemur.

2) Spalding. ad Quinct. T. I. p. 434. et Meier. in ind. schol. in univ. lit. Frid. Hal. c. Viteb. per hiem. 1838 — 39. hab. p. VII. 35.

3) Seneca enim hoc loco rhetorem quendam, Syriacum, alii, Nigro Brutidio, obiectione aliqua prolata respondere iubet: „primum non apud eundem praeceptorem studuimus. Tu Apollodorum habuisti, cui semper narrare placet, ego Theodorum, cui non semper“ etc.

c. 669 (85 a. Ch.) vel certe 657 (97. a. Ch.) scriptos esse constat [1]). Quodsi ad Hermagorae aetatem constituendam adhibeamus, quaeri poterit, num Cicero adolescens ipsum audiverit, an eius libros potius ante oculos habuerit, ut ex illo loco Quinctiliani sequi videtur. Illud autem non solum eam ob causam negabimus, quod Cicero in rhet. libris de Hermagora tamquam de praeteriti temporis homine et de arte pot... quam edidit, dicit, [3]) sed etiam quod nullo in loco hunc praeceptorem appellat, quum alios eloquentiae magistros laudet, Hermagoram ne verbo quidem commemo... Quodsi enim cursum Ciceronis in arte dicendi, quem ipse in Brut. c. 89. sqq. descri... accurate persequimur, nullo in loco Hermagoram a Cicerone auditum esse memor... proditum est. Itaque haec modo constant, Ciceronem adolescentulum iis, quae Herm... goras de arte oratoria scripserit, ut Gorgiae Leontini, Aristotelis et aliorum rhetoru... libris, Romae eo tempore, quo „noctes et dies in omnium doctrinarum meditatio... versaretur", [4]) summo studio incubuisse. Et idem Ciceronis aequalibus, C. Sicinio et T. Accio Pisaurensi [6]), contigisse arbitror, quos Hermagorae disciplinam secut...

1) Westermann. l. l. II. Th. §. 65. 3.

2) Inst. or. III. 6. 59. „Et si qua est in his (libr. rhet. Cic.) culpa, tradentis est, sive eu... movit, quod Hermagoras prima in hoc loco posuit exempla ex quaestionibus iuris" et... Unde videmus, Ciceronem scriptis et praeceptis Hermagorae, non verbis quasi vivis ess... doctum.

3) Cf. de invent. I. c. 6 sq. quo in loco Hermagoram inter alios artis scriptores, ut Gorgiam Leontinum et Aristotelem nominat. Hermagorae enim aliqua sententia plane no... probata, Cicero totam censuram dicit non tam in hominis, quam in scriptoris cognitione esse positam. „Neque eo dico, quod eius ars, quam edidit, mihi mendosissime scripta videatur" etc.

4) Cic. Brut. c. 90. 308. cf. Plut. Cic. c. 3. *Εἶθ'* (post bellum Marsicum) *ὁρῶν εἰς στάσιν — ἐπὶ τὸν σχολαστὴν καὶ θεωρητικὸν ἐλθὼν βίον, Ἕλλησι συνῆν φιλολόγοις καὶ προσεῖχε τοῖς μαθήμασιν.*

5) Cic. Brut. c. 76. 263. „C. Sicinius igitur, Q. Pompeii (Rufi) illius, qui censor fuit, ex filia nepos, quaestorius mortuus est, probabilis orator, iam vero etiam probatus, ex hac inopi ad ornandum — Hermagorae disciplina." Fuit cum C. Visellio Varrone, Ciceronis consobrino, quocum ipse Cicero orator eruditus erat, aetate coniunctus. cf. Westermann. l. l. II. Th. §. 72. 9. „Schueler des Hermagoras."

6) Cic. Brut. c. 78. „T. Accium Pisaurensem, cuius accusationi respondi pro A. Cluentio, (a. u. c. 688) qui et accurate dicebat et satis copiose, eratque praeterea doctus

esse audimus. Licet enim multos illo tempore rhetores Graecos Romae docuisse constet [1]), tamen si Cic. Brut. c. 76. 263 et 78. 271 accuratius inspiciamus, quum tam de praeceptore et rhetore, quam de praeceptis et disciplina sermonem esse, negari non potest [2]). Neque tamen huic argumento tantam vim tribueremus, nisi praeter Ciceronem aliorum quoque testimoniis induceremur, ut tempus, quo Hermagoras floruerit, paulo altius traheremus.

Illa incerta enim et satis ambigua temporis definitio, cuius supra mentionem fecimus, a Quinctiliano, qui Apollonium Molonem post Hermagoram scripsisse dicit, arctioribus finibus circumscribitur. Nam in inst. or. lib. III. 1. 8. sqq., ubi de artium scriptoribus agit, temporum rationes accuratius secutus, postquam Aristotelem nominavit, „Theophrastus quoque, inquit, Aristotelis discipulus, de rhetorice diligenter scripsit, atque hinc vel studiosius philosophi, quam rhetores, praecipueque Stoicorum ac Peripateticorum principes. Fecit deinde velut propriam Hermagoras viam, quam plurimi sunt secuti, cui maxime par atque aemulus videtur Athenaeus fuisse. Multa post Apollonius Molon, multa Areus, multa Caecilius et Halicarnasseus Dionysius. Praecipua tamen in se converterunt studia Apollodorus Pergamenus — et Theodorus Gadareus, — cuius auditorem Hermagoram sunt, qui viderint.“ Quem locum idcirco totum exscripsimus,

---

Hermagorae praeceptis.“ Westermann. l. l. II. Th. §. 72. 9. „Schueler d. Hermagoras.“

1) Westermann. l. l. II. Th. §. 55 et 56. Ellendt. in prolegg. ad. ed. Brut. Regim. Pr. 1825. p. LXXXVII. ipsum Hermagoram Romae docuisse putat: „Sed multi hac aetate rhetores Graeci Romae increbruerunt, ad quos studiosi iuvenes sese conferrent declamaturi. Tales fuerunt M. Anton. Gnipho etc. — Plurimum autem gloriae Hermagoras Graece docendo meruit.“

2) Haec nunc etiam Westermanni opinio esse videtur, quum (l. l. II. Th. §. 56) duplicem illam rationem nominat, qua Romani, Graecos secuti, in arte oratoria instituti sint, alteram in scriptis, alteram in ipsa artis magistrorum doctrina positam. „In ersterer Beziehung, inquit, ward der ungleich höhere Werth der älteren — Techniker (Aristoteles, Theophrastus u. Isocrates) bald erkannt — des Hermagoras — Schriften wurden bald zurück gelegt.“ — et deinde: „Mündliche Mittheilung ward noch häufiger, besonders in den Schulen Athens u. Asiens gesucht und gegeben, mit dem grösten Beifall, wie es scheint, von Apollon. Molon“.

[illegible] constituit. Intra quos rhetor noster ponatur, necesse es [illegible], quod inter hunc et alterum Hermagoram intercedit, luculenter ostendit.

§. 2. Quidquid primum ad Molonem [1]) animadvertimus, hunc iam eo tempore, Cicero de inventione scripsit, laudis aliquam celebritatem nactum esse scimus, [2]) q quidem ita aucta est, ut a. u. c. 672 dictatore Sulla legatus ad senatum de Rhodior praemiis veniret, [3]) quod Ciceroni fecundam eum audiendi praebuit occasionem, a quam largiores posset fructus ex eius doctrina percipere. Anno 676 u. c. e Cicero in Asiam profectus est et Rhodum venit, ubi se ad eundem, quem Romae diverat, Molonem applicavit, [4]) in Brut. c. 91. 316 summis laudibus ab eo celebrat Qui quidem locus Molonem multo maiorem natu fuisse, quam Ciceronem, nobis p suadet, quum nimis redundantem Romanum iuvenili quadam impunitate et licentia pressisse et quasi extra ripas diffluentem coercuisse dicatur, ita ut aetatis maturitat in illo cum scholae Rhodiensis temperantia fuisse coniunctam consentaneum sit. Qu quum ita sint, Molonem sub finem medii seculi a. Ch. secundi, decennio et quod e currit ante Ciceronem, natum esse verisimile est. Jam ante eum autem Hermag ram floruisse, ex illo Quinctiliani loco vidimus, qui Athenaeum quendam pare

---

1) Apollonius Molo, Rhodius, a priore Apollonio, Alabandis nato, distinguendus es Is postea Rhodum migravit, ibique mercede rhetoricam docuit, a Strab. lib. XVI. 355 Μαλακὸς vocatus. Cf. Spald. ad Quinct. T. I. p. 430. T. II. p. 453. T. IV. p. 56 Clinton, F. H. from the CXXIVthe Olymp. p. 147 et 157. Ellendt. ad Brut. p. 22 Cic. de or. I. 17. 75. Westermann. l. l. I. Th. §. 82. 9. Strab. XIV. p. 655 et p. 66 utrumque disertis verbis distinxit.

2) Cic. Brut. c. 89. 307. „Eodem anno (a. u. c. 666) etiam Moloni Rhodio dedimus operam, et actori summo causarum, et magistro.“ Neque ulla causa est, cur haec verba cum Wetzelio, cui Ellendt. l. l. p. 224 suum adiicit calculum, delenda censeamus, quippe quae ex locis illis in Brut. c. 90. 312 et 91. 316 consarcinata essent. Recte quidem Schneideri opinionem, qui, ne Molo bis Romam profectus videretur, utrumque iter hoc loco (c. 89. 307) iunctum poni malebat, ferri non posse uterque intellexit. At hoc ipsum eos inducere debebat, ut Molonis Romae adventus, Sulla dictatore, ab hoc priore, ubi, ut multi alii rhetores, Romae eloquentiam docuisse videtur, bene distinguerent, non confunderent.

3) Cic. Brut. c. 90. 312. Ellendt. prolegg. LXXXV. Val. Max. II. 2. 3. Westermann. l. l. II. Th. §. 62. 16. §. 56. 4.

4) Cic. Brut. c. 91. 316. Quinct. XII. 6. 7.

atque aemulum appellat, a Sexto Empir. adv. Math. 62. p. 301. et ipsum Hermagorae protinus subiunctum. Inde hunc rhetorem a Peripatetico eiusdem nominis philosopho, quem Strabo lib. XIV. p. 670. aequalem dicit, diversum esse apparet. [1]) Hic, Seleucia oriundus, Augusti tempore vixit, et Xenarchi, quem Strabo audivit, aequalis fuit. Ille qui rhetoricam fallendi artem [2]) esse dixit, a Varrone [3]) commemoratur „ab Athenis Athenaeus dicitur **rhetor** nomine, etsi non sit Atheniensis“, et iam ante Apollonium Molonem in arte oratoria floruisse videtur. [4])

Quae quum ita sint, terminis, intra quos Hermagoras floruerit, recte constitutis, eum **post Stoicorum et Peripateticorum principes**, (inter quos v. c. Critolaus et Diogenes cum Carneade a. u. c. 599. (155 a. Ch.) legati Romam missi sunt) et **ante Molonem Rhodium**, qui iam a. u. c. 666. (88 a. Ch.) rhetoricam Romae docuit, **secunda igitur secundi ante Christum seculi parte maxime floruisse videmus.**

---

1) Quare miror, quod Westermannus l. l. I. Th. §. 88. 25 Clintonem (F. H. II. p. 239.) his verbis vituperat. „Clinton trennt ohne Grund den Peripatetiker vom Rhetor;“ imo hoc optime fecit, ut ex Quinctiliani verbis intelligimus. Ipse Westermannus autem utrumque inter se confudit. Nam quomodo is, qui ante Molonem Rhodium vixit, idem esse poterit, cuius Strabo l. l. his verbis mentionem fecit: „Ἐνταῦθα (sc. Seleuciae) ἐγένοντο καθ᾽ ἡμᾶς (quod et ipsum de Theodoro Gadarensi praedicat) ἄνδρες ἀξιόλογοι τῶν ἐκ τοῦ περιπάτου φιλοσόφων, Ἀθηναῖός τε καὶ Ξέναρχος, ὧν ὁ μὲν Ἀθηναῖος καὶ ἐπολιτεύσατο καὶ ἐδημαγώγησε χρόνον τινα ἐν τῇ πατρίδι (quod si ad Athenas referri possit, quum Varro disertis verbis rhetorem Atheniensem esse **neget**, de discrimine Peripatetici et rhetoris nemo unquam dubitaret; at haec patriae appellatio et ipsi mihi ad Strabonem potius, quam ad Athenaeum pertinere videtur) εἶτ᾽ ἐμπεσὼν εἰς τὴν Μουρηνα φιλίαν ἐκείνῳ συνεάλω φεύγων, φωραθείσης τῆς κατὰ τοῦ Καίσαρος Σεβαστοῦ ἐπιβουλῆς· ἀναίτιός τε φανεὶς ἀφείθη ὑπὸ Καίσαρος· ὡς δ᾽ ἐπανιόντα εἰς Ῥώμην ἠσπάζοντο καὶ ἐπυνθάνοντο οἱ πρῶτοι ἐντυγχάνοντες, τὸ τοῦ Εὐριπίδου ἔφη· Ἥκω νεκρῶν κευθμῶνα καὶ σκότου πύλας λιπών. Ὀλίγον δ᾽ ἐπιβιοὺς χρόνον ἐν συμπτώσει τῆς οἰκίας, ἐν ᾗπερ κατῴκει, διεφθάρη νυκτὸς γενομένης. Ξέναρχος, οὗ ἠκροασάμεθα ἡμεῖς“ etc.

2) Sext. Empir. adv. Math. 62. p. 301 λόγων δύναμις, στοχαζομένη τῆς τῶν ἀκουόντων πείθους. Cf. Spald. ad. Quinct. T. I. p. 355.

3) L. L. VIII. 41. p. 453.

4) Spald. l. l. aequalem **fere** Varronis eum fuisse putat.

Itaque hoc demum fundamento posito ad Suidae testimonium trans[...] prae ceteris viros doctos in eum induxit errorem, ut cum serioris temporis Herma[...] nostrum confunderent. Suidas nimirum Hermagora Amphipolitano nominato [...] ita pergit: Ἑρμαγόρας τῆς Αἰολίδος ὁ ἐπικληθεὶς Καρίων ῥήτωρ. [...] τορικὰς ἐν βίβλοις ϛ΄· περὶ τῆς ἐξεργασίας,[1]) περὶ πρέποντος,[2]) περὶ φράσεως,[3]) περὶ [...]μάτων·[4]) ἐπαίδευσε δὲ οὗτος μετὰ Καικιλίου ἐν Ῥώμῃ ἐπὶ Καίσαρος Αὐγούστου [...] τελευτᾷ πόῤῥω τῆς ἡλικίας. Omisso cognomine, quod priori Hermagorae nunquam [...]buitur, temporum ratione in antecedentibus constituta, ut recte Meierus[5]) intelli[...] Suidae verba non ad nostrum, sed ad alterum referenda esse manifestum est, ad de[...]matorem illum tempore Augusti et Tiberii satis insignem, cuius ad imitationem scholas[...] oratores, qualis Albutius fuit, admiratione stupentes, interdum exardescebant.[6])

Quodsi porro cum hoc Suidae testimonio ea, quae apud Strab. lib. XII. p. 9[...] de patria Hermagorae leguntur,[7]) comparamus, quam nostri patriam fuisse multi af[...]mant,[8]) Temnum, eam alterius potius esse, intelligimus; nisi quis nostri eundem e[...] patriam ex coniectura dicere velit. Praeterea autem ex verbis a Suida insuper addit[...] καὶ τελευτᾷ πόῤῥω τῆς ἡλικίας, eius aetatem ad Tiberii imperium et usque durasse [...]

---

1) Cf. Lexicon technologiae Graecorum rhetoricae congessit Jo. Ch. Th. Ernesti. Lips[...] 1795. p. 113. ἐξεργασία, tractatio rei vel argumenti. Quinct. VIII. 3. 88.

2) Lex. techn. Gr. p. 284.

3) Quinct. VIII. 1. 1. „Igitur, quam Graeci φράσιν vocant, Latine dicimus elocutionem" e[...]

4) Lex. techn. Gr. p. 338. Σχήματα triplicis potissimum generis apud rhetores Graec[...] reperiuntur, 1) λέξεως, quae in singulis verbis, 2) διανοίας, quae in sententiis, 3) τῶ[...] ὑποθέσεων, quae in tota orationis tractandae methodo cernuntur. Quinct. IX. 1. 1. s[...] figuras, quae σχήματα Graece vocantur. VI. 3. 70. Cf. Weismann. de Dionys. H[...]licarn. vita et scriptis Rintelii 1837. p. 18 et 19.

5) Ind. schol. etc. p. VII. 35.

6) Sen. controv. praef. lib. III. p. 204. Bip.

7) Strab. l. l. Ταῖς δὲ νῦν Αἰολικαῖς πόλεσιν ἔτι καὶ τὰς Αἰγὰς προσληπτέον, καὶ τὴν Τῆμνον, ὅθεν ἦν Ἑρμαγόρας ὁ τὰς ῥητορικὰς τέχνας συγγράψας. Cf. Suid. Ἑρμαγόρας τῆς Αἰολίδος.

8) v. c. Westermann. l. l. I. Th. §. 81. „Hermagoras aus Temnos" et §. 83. 11. Recte contra Spalding. ad Quinct. T. 1. p. 423.

paret, unde Quinctilianus quoque quomodo dicere potuerit: „Theodorus, cuius auditorem Hermagoram sunt qui viderint", satis illustratur. Accedit, quod cum Caecilio Calactino Romae rhetoricam docuisse narratur, quem Dionysii Halicarnassensis aequalem et ipsum Augusti et Tiberii temporibus vixisse scimus [1]).

Denique iam e scriptis, quae apud Suidam nominantur, de serioris temporis Hermagora sermonem esse consentaneum est. Quamquam enim *τέχνας ῥητορικὰς* uterque scripserit, tamen, si Suidas nostrum Hermagoram respiceret, certe maximum huius meritum, quod disputatione *περὶ τῶν στάσεων* nactus est, silentio non praetermisisset. Atque hunc nostrum Hermagoram *περὶ τῆς ἐξεργασίας, περὶ πρέποντος, περὶ φράσεων, περὶ σχημάτων* scripsisse certo non scimus, licet eum in arte oratoria de his omnibus disputasse non negaverim.

Quodsi huc usque omnia satis clara et expedita esse videntur, de disputatione, cuius memoria apud Plutarchum in vit. Pompeii c. 42. p. 194 exstat, difficilior quaestio est. Pompeium nimirum Plutarchus ait scholas rhetorum, potissimum Rhodi, adiisse, ubi Posidonium philosophum audierit; et deinde *Ποσειδώνιος δὲ*, inquit, *καὶ τὴν ἀκρόασιν ἀνέγραψε, ἣν ἔσχεν ἐπ' αὐτοῦ* (sc. *Πομπηΐου*) *πρὸς Ἑρμαγόραν τὸν ῥήτορα, περὶ τῆς καθ' ὅλου ζητήσεως ἀντιταξάμενος.* [2]) Hoc alii de Hermagora Temnite, [3]) alii de

---

1) Cf. C. J. Weismann. de Dionys. Halicarn. p. 8. 9. ubi non solum Quinctilianus, Plutarchus et Suidas, sed etiam ea, quae Westermann. l. l. I. Th. §. 88. 16 — 18 et Osann. in libro, qui inscriptus est: Beiträge zur griech. u. röm. Lit. G. I. p. 295 sqq. de hoc ipso Caecilio disseruerint, recte laudantur. Cf. Spald. ad Quinct. T. I. p. 431 et Meier. l. l. p. VII. 32.

2) Quamobrem miror, quod Westermann. l. l. I Th. §. 83. 11 bona quasi fide dixerit: „Er schrieb (der ältere Hermagoras) *ῥητορικαὶ ἐν βιβλ. ϛ', περὶ ἐξεργασ.*" etc., quae alii (ut Spalding. et Meier.) seriori tantum convenire viderunt. Haec igitur aeque ac illa, quae Westermann. l. l. §. 81. 11. ex Suida et Seneca rhetore attulit, ad §. 88. 24. potius pertinent, ubi de Hermagora, cognomine Carionis agitur.

3) Diversa ab hac disputatione ea est, quam Strabo memoriae prodidit. Is enim lib. XI. p. 492 de errore quodam Posidonii Stoici disputat, eumque, licet Pompeii amicus fuerit, nullam hac in re, de qua agatur, auctoritatem habere. *Φασὶ γοῦν*, explicationis causa addit, *ἐν Ῥόδῳ γενόμενον τὸν Πομπήϊον, ἡνίκα ἐπὶ τὸν λῃστρικὸν πόλεμον ἐξῆλθεν, εὐθὺς δὲ ἔμελλε καὶ ἐπὶ Μιθριδάτην ὁρμήσειν — παρατυχεῖν τῷ καταλεγομένῳ Ποσειδονίῳ* etc. Bellum contra piratas autem Pompeius CSS. M. Aemil. Lepido et Volcatio Tullio media aestate anni 688 u. c.

de nostro [1]) intelligi voluerunt. Ad illum autem Plutarchum respicere non posse, temporum ratione sequitur, quae ex hoc ipso scriptore accurate potest definiri. Q enim Plutarchus l. l. narrat, ea post Mithridatis obitum facta sunt, h. e. post ann 691 u. c. (63 a. Ch.), ut e narrationis progressu videre licet: [2]) „Ἐκ τούτου, Plu chus l. l. inquit, τὸ μὲν στράτευμα τῇ χαρᾷ χρώμενον — ἐν θυσίαις — διῆγεν, ὡς ἐν Μιθριδάτου σώματι μυρίων τεθνηκότων πολεμίων. Πομπήϊος δὲ — εὐθὺς ἀ ζευξεν ἐκ τῆς Ἀραβίας — εἰς Ἀμισὸν ἀφίκετο. — Διοικήσας δὲ τὰ ἐκεῖ καὶ καθιστά μενος, οὕτω ἤδη πανηγυρικώτερον ἐχρῆτο τῇ πορείᾳ. Καὶ γὰρ εἰς Μιτυλήνην ἀφικόμε

(66 a. Ch.) confecit, et oratione pro lege Manilia a Cicerone habita, qua Pompeio b lum contra Mithridatem decretum est, in Asiam transiit. Itaque haec disputatio an eam, quae a Plutarcho commemoratur, habita est. Sed altera quoque disputati quam Cic. Tusc. lib. II. c. 25 commemorat, Posidonii morbo paene prohibita, alia atq illa esse videtur, quod ipsa, quae apud Ciceronem exstat, huius rei descriptio aper docet. Nam „se, (solebat Pompeius narrare) quum Rhodum venisset decedens (d solenni huius voc. vi et significatione cf. Ellendt. ad. Cic. Brut. c. 1. p. 12 et 13.) e Syria, audire voluisse Posidonium, sed quum audivisset, eum graviter esse aegrum — voluisse tamen nobilissimum philosophum visere; quem ut vidisset, — molesteque s dixisset ferre, quod eum non posset audire, at ille, tu vero, inquit, potes, nec commit tam, ut dolor corporis efficiat, ut frustra tantus vir ad me venerit. Itaque narrabat eum graviter et copiose de hoc ipso, nihil esse bonum, nisi quod honestum esset, cubantem disputavisse, quumque quasi faces ei doloris admoverentur, saepe dixisse: nihil agis, dolor, quamvis sis molestus, nusquam te esse confitebor malum.“ Atque quum ex hac ipsa argumenti commemoratione eam, de qua Plutarchus narrat, ab hac disputatione diversam esse colligi possit, temporis autem definitio apud utrumque, et Ciceronem et Plutarchum, fere eadem sit, equidem ita statuendum esse arbitror, ut duplicem disputationem fuisse existimemus, circa idem tempus habitam, Plutarchi paulo prius, ubi πάντων τῶν σοφιστῶν ἠκροάσατο, Ciceronis paulo post, ubi ex Syria decederet. Alia quidem explicandi ratio exstat, qua Plutarchum utramque disputationem, et eam, quae apud Strabonem legitur, et Ciceronis inter se confudisse putemus, ita ut contra Hermagoram iam anno 688 u. c., neque 692, Posidonium disputasse dicamus. Ceterum etiamsi hoc statueremus, ad nostram quaestionem de aetate Hermagorae paucorum annorum discrimen nihil faceret.

1) v. c. Ernesti, in cl. Cic. s. v. Hermagoras, et Orell. qui ea repetit in Onomast. p. 282.

2) Cf. c. 41. „Ἐπὶ τοῦτο (sc. τὸ βῆμα) προβὰς ὁ Πομπήϊος ἀπήγγειλεν αὐτοῖς, ὅτι Μιθριδάτης τέθνηκε“ etc.

— τήν τε πόλιν ἠλευθέρωσε. — „Ἐν δὲ Ῥόδῳ γενόμενος πάντων μὲν ἠκροάσατο τῶν σοφιστῶν, καὶ δωρεὰν ἑκάστῳ τάλαντον ἔδωκε. Ποσειδώνιος δὲ etc. Ἐν δ᾽ Ἀθήναις" etc.

Quae quum ita sint, profecto nemo contendet, Hermagoram Temnium, Theodori Gadarensis discipulum, quem Quinctiliani etiam aequales viderunt, cum Posidonio [1]), qui illo tempore magnam iam nominis laudem nactus erat, disputare potuisse. Quam ob causam fuerunt, qui disputationem illam ad nostrum potius Hermagoram pertinere putarent. At hunc ante Molonem et Ciceronem floruisse supra vidimus. Et cur Strabo, ubi data opera de rhetoribus et philosophis loquitur, [2]) qui Rhodi inclaruerint, et eos etiam, qui minore nominis laude excelluerunt, appellat, Hermagoram ne verbo quidem commemorat? Atque iam eo tempore, quo Cicero Rhodum venit, anno 674 u. c., sedecim fere ab illa disputatione annis ante, et se ad eundem, quem Romae audiverat, Molonem applicavit, neque ulla Hermagorae tamquam ibi viventis mentio facta est, neque omnino eius nomen inter Athenienses oratores et Asiaticos profertur. Ciceronem autem eum, quem in rhetoricorum libris secutus erat, silentio praetermisisse, dum aliorum rhetorum nomina recenset, [3]) verisimile non est [4]). Unde Hermagoram

---

1) v. c. Spalding. ad Quinct. T. I. p. 349. Westermann. l. l. II. Th. §. 81. 11. Meier. l. l. p. VIII. 35. „Contra hunc Pompeius Magnus ex Mithridatico bello reversus Rhodi declamavit."

2) Cf. Posidonii reliquiae doctrinae coll. et illustr. Jan. Bake. Lugd. Bat. 1810. Hic philosophus Stoicus Panaetii discipulus fuit, (Suid. s. v.) quem circa annum 581 u. c. (173 a. Ch.) natum Scipionis Africani minoris familiaritate usum esse constat. Ipse Posidonius scholam Rhodi habuit, et Strabone (XIV. p. 655) teste ἐπολιτεύσατο μὲν ἐν Ῥόδῳ καὶ ἐσοφιστεύσατο, πρυτανὶς ibi factus. M. Claud. Marcello Cs. anno 708 u. c. (51. a. Ch.) Suidas eum Romam venisse narrat. Cf. Orell. Onomast. p. 493. Westermann. l. l. I. Th. §. 82. 11.

3) Inter alios Antiochum appellat, Demetrium Syrum, Menippum Stratonicensem, Dionysium Magnetem, Aeschylum Cnidium, Adrumytenum Xenoclem, qui tum in Asia rhetorum principes numerabantur. (Brut. c. 91.) Quibus non contentus Cicero Rhodum venit.

4) Nam quod Posidonium etiam, quem Rhodi audiisse Ciceronem Plutarchus in vit. Cic. c. 4 (ἐν δὲ Ῥόδῳ ῥήτορι μὲν Ἀπολλωνίῳ τῷ Μόλωνι, φιλοσόφῳ δὲ Ποσειδωνίῳ sc. συνεσχόλασεν) affirmat, ipse Cicero non nominaverit, id optime ita explicatur, ut hoc certe in loco ad rhetorum tantum principes animum advertisse statuamus; nisi forte Posidonius hoc tempore abfuit, Plutarchus autem, qui hunc Rhodi docuisse sciret, eum inter Ciceronis praeceptores omitti non posse putavit.

pariter ac Meneclem Alabandensem,[1] Molonis praeceptorem, iam mortuum fuisse c ligi poterit.

Hisce causis inducti et ea potissimum, quod post Hermagoram Molonem fl ruisse audimus, qui iam anno 674 u. c. (80. a. Ch.) dictatore Sulla ad senatum Rhodiorum praemiis, adolescentiam procul dubio longe transgressus, venerat, non po sumus, quin apud Plutarchum non de ipso Hermagora, sed de disputatione contra al quam huius viri sententiam sermonem esse existimemus, quod quidem ex linguae legibus[2] fieri posse non est, quod comprobemus. Posidonium autem, dialectica facultate ta insignem, ut cognomine Ἀθλητοῦ ornatus sit,[3] hac occasione oblata artem suam o stentasse, facile crediderim, praesertim quum eum Aristoteleam potius rationem, qua Hermagóras reliquerat,[4] summo studio secutum esse audimus.[5] —

Quodsi ex totius disputationis connexu ea in unum comprehendimus, qua de nostro Hermagora dici possunt, neque de patria, neque de natalibus, neque omnino de qualicunque vitae conditione quidquam ab antiquis nobis traditum esse videmus. Hoc solum extra omnem dubitationem positum esse existimavimus, aetatem, qua floruerit ille, inter Stoicorum et Peripateticorum principes et Appollonium Molonem Rhodium, altera seculi ante Christum secundi parte, esse constituendam; doctrinam eius vero Ciceronis aequaliumque tempore Romae potissimum tanto in usu fuisse, ut ille ipse orator in libris, quos de inventione scripsit, nostrum sequeretur.

Itaque quo minora per fontium paucitatem atque ambiguitatem ea sunt, quae de vita Hermagorae novimus, quum aut pleraque apud Senecam, Suidam, Strabonem vestigia ad alterum Hermagoram pertineant, aut ex aliis, ut ex Cice-

---

1) Wetzel. ad Brut. c. 91. 316.

2) Verba haec sunt: πρὸς Ἑρμαγόρον περὶ τῆς καθ' ὅλου ζητήσεως ἀντιταξάμενος.

3) Suid. s. v. ὃς ἐπεκλήθη Ἀθλητής.

4) Quinct. III. 1. 15. Cicero in libris de oratore haec communia praecepta, quae in eiusdem libris rhetoricis legimus, ubi Hermagoram secutus erat, reliquit, et Aristoteleam et Isocrateam rationem oratoriam complexus est. Cic. ad Fam. I. 9. 9.

5) Quod Strabo I. p. 71 de geographia narrat, et de arte oratoria dici potest: πολὺ γάρ ἐστι τὸ αἰτιολογικὸν παρ' αὐτῷ καὶ τὸ Ἀριστοτελίζον.

rone et Plutarcho, Quinctiliano excepto, unde illam aetatis definitionem collegimus, nihil certi erui possit, quo minora, inquam, haec sunt, eo uberior artis ingeniique descriptio huius viri esse solet, quam apud antiquos scriptores legimus.

II. DE HERMAGORAE ARTE.

Princeps vero inter illos scriptores est **Cicero**, quem in rhetoricorum libris Hermagorae vestigia adeo pressisse vidimus, ut nil nisi ea, quibus discreparet, addere causisque confirmare opus esse putaret [1]). Qui quum ipse Hermagorae scripta ante oculos habuisse videatur, primarium fontem iure meritoque putamus, unde non modo quae claris verbis Hermagorae tribuantur, hauriri, sed ea etiam, quae in disciplinae connexu suum locum obtineant, suppleri possint. Deinde est **Quinctilianus**, qui quo facilius falsis Hermagorae libris [2]) in errorem induci posset, eo maiore diligentia nostri doctrinam ab aliis distinxit. Itaque Quinctilianus quoque, qui et nostri libros rhetoricos pariter atque eos, quorum falsus erat titulus, bene novit, et cum Cicerone de Hermagorae doctrina consentit, profecto is est, ut non solum Ciceronis verba confirmet, sed plerumque etiam eodem loco, quo ille, haberi possit.

Tum ab altera parte **Graeci** [3]), ab altera **rhetores Latini** [4]) sunt, qui Hermagorae doctrinae quasi fragmenta memoriae prodiderunt. Illi tamen, qui ex variis Hermagorae Hermagoreorumque nominibus inscriptis libris hausisse videntur, eo maiore cum diligentia et cautione legendi sunt, quo minus primo adspectu intelligemus, utrum de nostro, an de altero Hermagora, an de alio quodam eiusdem nominis rhetore disputaverint. Nam distinguit quidem Maxim. Planud. in schol. ad stat. Hermog. (Walz. l. l. T. V. p. 337) *Ἑρμαγόραν τὸν νεώτερον* ab antiquiore, et Meierus [5]) illum eundem esse dicit, qui cognomine Carionis appellatus sit. Attamen etsi hoc

1) Cic. d. inv. I. 19. 12 „ne, si tacite praeterierimus, sine causa non secuti eum putemur."

2) Quinct. III. 5. 14.

3) Rhetores Graeci ex codd. Flor. etc. ed. Chr. Walz. Stuttgart. et Tubing. 1831. sqq. 8.

4) Antiqui Rhetores Latini etc. ed. Capperonnerius Argentorat. 1756. 4.

5) Ind. schol. l. l. p. VII. 33.

magnam speciem veritatis videatur prae se ferre, quum alius Hermagoras apud Suidam non nominetur, tamen quominus temere comprobemus, non solum schol. in Aphthon. prohibet (Walz. l. l. T. II. p. 683), ubi Hermagoras cum Hermogene, Dionysio (Westermann. T. I. §. 94. 6) et Minuciano aequalis fuisse traditur, sed etiam Gregor. Cor. εἰς τὸ περὶ μεθόδου δεινότητος Hermog. (Walz. T. VII. p. 1219) „τεχνικοὺς δὲ καλεῖ τοὺς κατὰ τὸν αὐτοῦ καιρὸν ἀντιτέχνους καὶ ὁμοτέχνους, οἷον Διονύσιον καὶ Ἑρμαγόραν, Μινουκιανόν (in cod. Monac. τοὺς κατὰ τὸν αὐτὸν χρόνον ἀντιτέχνους αὐτοῦ καὶ ὁμοτέχνους οἷον Ἑρμαγόραν, Διονύσιον καὶ Μινουκιανόν)." Altero in loco, ἔπειτα, scholiasta inquit, ἀκμασάντων τῶν Ῥωμαϊκῶν πραγμάτων Ἑρμαγόρας ἔγραψε πολιτικὴν τέχνην καὶ Λολλιανός. Lollianus [1]) autem Traiano Hadrianoque imperatoribus usque ad Antoninum Pium vixit. [2])

Quodsi hic Hermagoras revera Lolliani aequalis esset, neque cum nostro, neque cum Theodori Gadarensis discipulo confundi posset, sed alius quidam ex innumero illius aetatis rhetorum agmine [3]) haberetur, qui commentatoribus postea largam interpretandi materiam praebuisset. Et profecto quidem apud eundem Maximum Planudem ille Ἑρμαγόρας ὁ νεώτερος cum Metrophane componitur, qui quum ad Hermogenis [4]) artem commentarium scripserit, [5]) et ipsum illo tempore vixisse apparet. [6])

---

1) Westermann. l. l. T. I. §. 89, 3. 90, 3. 95, 1. 18.

2) i. e. ἀκμασάντων τῶν Ῥωμαϊκῶν πραγμάτων, ut ex Sopatri verbis ad Hermog. artem (Walz. l. l. T. V. p. 8) sequitur, ἡνίκα — ἡ Ῥωμαίων ἤκμασεν ἀρχὴ καὶ πολιτεία σώφρων κατέσχε τὰς πόλεις μάλιστα ἐπὶ Ἀδριανοῦ καὶ Ἀντωνίνου ῥητορικῶν καὶ φιλολόγων βασιλέων.

3) Cf. Westermann. l. l. T. I. §. 104, 18. 95. sqq.

4) Cf. Westermann. l. l. T. I. §. 95, 3. Walz. T. II. 683. IV. 30. V. 8. 222. Maxim. Planud. prolegg. στασ. „Ἑρμογένης — ὃς γέγονε μὲν ἐπὶ Μάρκου τοῦ βασιλέως καὶ Ἀριστείδου τοῦ ῥήτορος." Scholiastis autem minimam in temporum rationibus auctoritatem esse tribuendam, hoc Hermogenis exemplo optime illustratur. Quod enim Maxim. Planud. narrat, Marcum Aurelium auditorem fuisse Hermogenis etc. (Walz. T. V. p. 222), id Sopater Hadriano imperatore factum esse affirmat (Walz. T. V. p. 8). Sopater etiam Hermogenem post Minucianum vixisse dicit, quem Gallieno demum imperatore (a. p. Ch. 259 sqq.) floruisse audimus. (Westermann. l. l. T. I. §. 98, 15.)

5) Westermann. l. l. §. 104, 18. Walz. T. IV. p. 816.

6) Ceterum Hermagoras, qui inter illius aetatis rhetores appellatur, non modo cum Lolliano et cum Minuciano, sed etiam cum aliis ejus generis hominibus, ut cum Apsine (Walz.

accedit, quod illud περὶ χρηματιστικῆς μονόβιβλον [1]) inter eos Hermagorae Carionis libros, quorum conspectum Suidas proposuit, non invenimus.

Propter hanc ambiguitatem, quae ita certe removeri non potest, ut a scholiastis temporum rationes misere confundi solere concedamus, quia procul dubio fieri potuit, ut alium etiam Hermagoram intelligerent, tum demum ad nostrum Hermagoram ex Graecis rhetoribus aliquid fructus redundare arbitramur, quum aut cum Cicerone Quinctilianoque et aliis consentiunt, aut e disciplinae Hermagoreae progressu connexuque apparet, aliquam rem a Graecis Hermagorae concessam ad nostrum certe pertinere posse [2]). Reliqua alii Hermagorae, sive Carioni, sive tertio cuidam tribuamus.

Latinos autem rhetores, quum praeter Graeca exempla Ciceronem quoque et Quinctilianum secuti sint, [3]) plerumque de nostro disputare ex ipsa artis compositione videbimus.

Itaque his praemissis nunc de arte ingenioque Hermagorae quaecunque ex antiquis scriptoribus afferri possunt, componere licebit.

Aristotelis, summi artis magistri, artem omnes fere eloquentiae doctores diu secuti sunt, donec, quum ille e vita paullatim effugeret, umbratici illi rhetores, in scholis a vita alienis eruditi, nova institutione uterentur, quo non quomodo oratores fierent, sed quomodo orationes regulis comprehenderent, discere solebant. Recentis huius rationis auctor fuit Hermagoras. [4]) Is enim, ut Quinct. III. 1, 16 affirmare vidimus, fecit velut propriam viam, quam plurimi sunt secuti, in quorum numero ipsum Quinctilianum fuisse Fossius de Gorg. Leont. p. 96 non temere arbitratus est. [5]) Cuius

T. II. 513. Westermann. T. I. §. 96. 15.) componitur, adeoque post Lollianum scripsisse dicitur (Sopat. ad Hermog. art. Walz. T. V. p. 8 τῶν δὲ νῦν φερομένων τεχνικὸς πρῶτος Λολλιανὸς — καὶ Ἑρμαγόρας μετ' αὐτὸν — μετὰ τούτους ὁ Μινουκιανός).

1) Max. Planud. l. l. Walz. T. V. 338.

2) Eadem via iam Quinctilianus (II. 21, 20) in artis Hermagoreae iudicatione ingressus est.

3) Westermann l. l. T. II. §. 85, 8.

4) Huc pertinere, quod Isidoro Hispalensi Origg. II. 2 tanquam tertius rhetorices inventor cum Gorgia et Aristotele celebratur, Ellendt. in prolegg. ad Cic. Brut. p. LXXXVII recte intellexit, hos tres praecipue artem diversas rationes et consilia ineundo explicuisse.

5) Cf. Quinct. III. 6, 60. III. 11. 1. Neque tamen vitia Hermagorae ei ignota erant. cf. III. 11, 22. III. 6, 68.

disciplinae naturam et peculiarem indolem Cicero in Brut. c. 76, 263 et 78, 271 egregie describit. Nam recte inopem ad ornandum, sed ad inveniendum expeditam disciplinam appellat. Ea, inquit, dat rationes certas et praecepta dicendi, quae si minorem habent apparatum (sunt enim exilia), tamen habent ordinem et quasdam errare in dicendo non patientes vias; et altero loco, quo T. Attium Pisaurensem Hermagorae praeceptis doctum esse dicit, „quibus etsi ornamenta non satis opima dicendi, tamen ut hastae velitibus amentatae, sic apta quaedam et parata singulis causarum generibus argumenta traduntur.“ Quo egregio oratoris Romani iudicio ideo potissimum praestantius nullum esse potest, quod in perfectissimo fere eius opere exstat, seriore aetatis tempore scripto, quo ad Aristotelis morem sese converterat, et artis suae perfectam speciem in libris de orat. III. proposuerat, quos ipse ait a communibus praeceptis abhorrere, et omnium antiquorum et Aristoteleam et Isocrateam rationem complecti. [1]) Nec minus illud iudicium non temere esse prolatum id ostendit, quod Cicero in eadem re adeo sibi constitit, ut in libris rhetoricis quae adolescens de Hermagorae arte disputavit, eodem fere redeant. „Nam satis videtur (in arte, quam edidit), lib. I. 8, 8 — 9 inquit, ex antiquis artibus ingeniose et diligenter electas res collocasse, et nonnihil ipse quoque novi protulisse; verum oratori minimum est, de arte loqui, quod hic fecit, multo maximum est, ex arte dicere, quod eum minime potuisse omnes videmus.“ Itaque aridam illam et sine apparatu doctrinam reprehendit, quae e vita remota in scholarum umbris tanquam exilis planta crescit. Illis enim temporibus, quum Graeciae libertas fracta iaceret, eloquentia e vita aufugit, et in scholarum spatia se recepit. In orationum locum declamationes successerunt, ad iuvenum usum accommodatae, ut formas discerent, quae vitae conditioni satisfacere possent. Artem omnes sibi vindicabant, unde factum est, ut ii tantummodo excellere possent, qui ceteris non ingenio, sed exercitatione et externa quadam dexteritate praestarent. Haec quoque singularum scholarum causa fuit, quarum tres illae celeberrimae, Asiatica, Rhodia et Attica omnibus notae sunt. Inde denique vita plane neglecta, posteaquam excellentissimorum oratorum memoria sensim obscurata est, fictas ad imitationem fori consiliorumque materias dicere circa Demetrium Phalereum institutum est. [2]) Succus ille et sanguis incorruptus, quem Cicero [3]) maximorum oratorum, Demosthenis et Aeschinis,

---

1) Cic. ad Fam. I. 9, 9.
2) Cic. Brut. c. 9. Quinct. II. 4, 41.
3) Cic. Brut. c. 9, 36.

aetati tribuit, in qua naturalis inesset, non fucatus nitor, paulatim evanuit. „Phalere[us] enim, eruditissimus quidem et politissimus, sed non tam armis institutus, quam palaestr[a] delectabat magis Athenienses, quam inflammabat. Processerat enim in solem et pulvere[m] non ut e militari tabernaculo, sed ut e Theophrasti, doctissimi hominis, umbraculis". [1] Hac via omnino Hermagoras quoque ingressus est, eo tantum discrimine, ut Aristotelis [e]t Theophrasti doctrinam, quam Demetrius, huius in arte rhetorica et philosophia disci[-]pulus, [2]) secutus est, relinqueret, et nova eaque artificiosiore quidem, at exiliore ince[-]deret. Omnem enim operam in eo collocasse videtur, ut de omnibus rhetorices gene[-]ribus et partibus regulas componeret, singula disponeret, species et genera inter s[e] disiungeret, alia adderet, alia omitteret, locos denique ad inveniendum, argumenta e[t] reliqua bene colligeret. Omnia rhetorum praecepta hoc modo arte concludere stude[-]bat, ita ut opus eius non solum armamentarium oratoribus esset, sed etiam aedificium pulcherrimum et adspectu nitidissimum. At sicuti aedificium, quod ita exstructum est, ut singuli lapilli anxia quadam cura ponerentur, concinnitatis quidem speciem, sed ne[-]quaquam pulchritudinis prae se ferre et potest et solet: ita Hermagorae ars unifor[-]mem aliquem adspectum praebet, quem sterilitate quadam laborare neminem fugiet. Singuli lapides, ut coeptam translationem continuemus, ex aliis aedificiis antiquis de[-]sumti et diligenter denuo comparati, nonnunquam novi additi sunt, saepe autem prae nimio studio omnia ad artis formam redigendi et ad regulas componendi factum est, ut aedificium debilitate quadam laboraret, rebus externis, quae a regulis decedere co[-]gere poterant, plane neglectis.

Hanc autem Hermagorae doctrinam tam tempori, quam illius aetatis artis in[-]genio fuisse accommodatam, auctoritas ostendit, qua non solum apud Graecos, sed etiam apud Romanos utebatur, [3]) ita ut, quales nunc philosophi celeberrimi, familiam duce[-]ret, nomine Hermagoreorum [4]) insignem. Neque mirum, quod certae illae rationes et praecepta dicendi, viae errare in dicendo non patientes, eum alliciebant, qui nondum

---

1) Cic. Brut. c. 9, 36.

2) Quinct. III. 1, 15.

3) Cf. Cic. Brut. c. 76 et 78. Quinct. III. 1, 16.

4) Quinct. III. 1, 18. „Ad morem certas in philosophia sectas sequendi," Hermagorae asseclae Hermagorei appellati sunt, ut postea Apollodorei et Theodorei (V. 39. 59) VII. 4. 4. cf. Walz. Rh. Gr. T. V. 213. VI. 52. VII. 308 οἱ Ἑρμαγόρειοι. Qui tamen οἱ περὶ Ἑρμαγόραν (Walz. T. II. p. 513) vocantur, eos nihil nisi ipsum Hermagoram significare Meier. l. l. p. VII. 35 recte vidit.

paret, unde Quinctilianus quoque quomodo dicere potuerit: „Theodorus, cuius auditorem Hermagoram sunt qui viderint“, satis illustratur. Accedit, quod cum Caecilio Calactino Romae rhetoricam docuisse narratur, quem Dionysii Halicarnassensis aequalem et ipsum Augusti et Tiberii temporibus vixisse scimus [1]).

Denique iam e scriptis, quae apud Suidam nominantur, de serioris temporis Hermagora sermonem esse consentaneum est. Quamquam enim τέχνας ῥητορικὰς uterque scripserit, tamen, si Suidas nostrum Hermagoram respiceret, certe maximum huius meritum, quod disputatione περὶ τῶν στάσεων nactus est, silentio non praetermisisset. Atque hunc nostrum Hermagoram περὶ τῆς ἐξεργασίας, περὶ πρέποντος, περὶ φράσεων, περὶ σχημάτων scripsisse certo non scimus, licet eum in arte oratoria de his omnibus disputasse non negaverim.

Quodsi huc usque omnia satis clara et expedita esse videntur, de disputatione, cuius memoria apud Plutarchum in vit. Pompeii c. 42. p. 194 exstat, difficilior quaestio est. Pompeium nimirum Plutarchus ait scholas rhetorum, potissimum Rhodi, adiisse, ubi Posidonium philosophum audierit; et deinde Ποσειδώνιος δὲ, inquit, καὶ τὴν ἀκρόασιν ἀνέγραψε, ἣν ἔσχεν ἐπ' αὐτοῦ (sc. Πομπηΐου) πρὸς Ἑρμαγόραν τὸν ῥήτορα, περὶ τῆς καθ' ὅλου ζητήσεως ἀντιταξάμενος. [2]) Hoc alii de Hermagora Temnite, [3]) alii de

---

1) Cf. C. J. Weismann. de Dionys. Halicarn. p. 8. 9. ubi non solum Quinctilianus, Plutarchus et Suidas, sed etiam ea, quae Westermann. l. l. I. Th. §. 88. 16 — 18 et Osann. in libro, qui inscriptus est: Beiträge zur griech. u. röm. Lit. G. I. p. 295 sqq. de hoc ipso Caecilio disseruerint, recte laudantur. Cf. Spald. ad Quinct. T. I. p. 431 et Meier. l. l. p. VII. 32.

2) Quamobrem miror, quod Westermann. l. l. I Th. §. 83. 11 bona quasi fide dixerit: „Er schrieb (der ältere Hermagoras) ῥητορικαὶ ἐν βιβλ. ϛ', περὶ ἐξεργασ.“ etc., quae alii (ut Spalding. et Meier.) seriori tantum convenire viderunt. Haec igitur aeque ac illa, quae Westermann. l. l. §. 81. 11. ex Suida et Seneca rhetore attulit, ad §. 88. 24. potius pertinent, ubi de Hermagora, cognomine Carionis agitur.

3) Diversa ab hac disputatione ea est, quam Strabo memoriae prodidit. Is enim lib. XI. p. 492 de errore quodam Posidonii Stoici disputat, eumque, licet Pompeii amicus fuerit, nullam hac in re, de qua agatur, auctoritatem habere. Φασὶ γοῦν, explicationis causa addit, ἐν Ῥόδῳ γενόμενον τὸν Πομπήϊον, ἡνίκα ἐπὶ τὸν λῃστρικὸν πόλεμον ἐξῆλθεν, εὐθὺς δὲ ἔμελλε καὶ ἐπὶ Μιθριδάτην ὁρμήσειν — παρατυχεῖν τῷ καταλεγομένῳ Ποσειδονίῳ etc. Bellum contra piratas autem Pompeius CSS. M. Aemil. Lepido et Volcatio Tullio media aestate anni 688 u. c.

de nostro [1]) intelligi voluerunt. Ad illum autem Plutarchum respicere non posse, temporum ratione sequitur, quae ex hoc ipso scriptore accurate potest definiri. Qu enim Plutarchus l. l. narrat, ea post Mithridatis obitum facta sunt, h. e. post anni 691 u. c. (63 a. Ch.), ut e narrationis progressu videre licet: [2]) „Ἐκ τούτου, Plut chus l. l. inquit, τὸ μὲν στράτευμα τῇ χαρᾷ χρώμενον — ἐν θυσίαις — διῆγεν, ὡς ἐν τ Μιθριδάτου σώματι μυρίων τεθνηκότων πολεμίων. Πομπήϊος δὲ — εὐθὺς ἀ ζεύξεν ἐκ τῆς Ἀραβίας — εἰς Ἀμίσον ἀφίκετο. — Διοικήσας δὲ τὰ ἐκεῖ καὶ καταστησ μενος, οὕτω ἤδη πανηγυρικώτερον ἐχρῆτο τῇ πορείᾳ. Καὶ γὰρ εἰς Μιτυλήνην ἀφικόμεν

(66 a. Ch.) confecit, et oratione pro lege Manilia a Cicerone habita, qua Pompeio be lum contra Mithridatem decretum est, in Asiam transiit. Itaque haec disputatio ant eam, quae a Plutarcho commemoratur, habita est. Sed altera quoque disputati quam Cic. Tusc. lib. II. c. 25 commemorat, Posidonii morbo paene prohibita, alia atqu illa esse videtur, quod ipsa, quae apud Ciceronem exstat, huius rei descriptio aper docet. Nam „se, (solebat Pompeius narrare) quum Rhodum venisset decedens (d solenni huius voc. vi et significatione cf. Ellendt. ad. Cic. Brut. c. 1. p. 12 et 13.) e Syria, audire voluisse Posidonium, sed quum audivisset, eum graviter esse aegrum – voluisse tamen nobilissimum philosophum visere; quem ut vidisset, — molesteque s dixisset ferre, quod eum non posset audire, at ille, tu vero, inquit, potes, nec commit tam, ut dolor corporis efficiat, ut frustra tantus vir ad me venerit. Itaque narrabat eum graviter et copiose de hoc ipso, nihil esse bonum, nisi quod honestum esset, cubantem disputavisse, quumque quasi faces ei doloris admoverentur, saepe dixisse: nihil agis, dolor, quamvis sis molestus, nusquam te esse confitebor malum." Atque quum ex hac ipsa argumenti commemoratione eam, de qua Plutarchus narrat, ab hac disputatione diversam esse colligi possit, temporis autem definitio apud utrumque, et Ciceronem et Plutarchum, fere eadem sit, equidem ita statuendum esse arbitror, ut duplicem disputationem fuisse existimemus, circa idem tempus habitam, Plutarchi paulo prius, ubi πάντων τῶν σοφιστῶν ἠκροάσατο, Ciceronis paulo post, ubi ex Syria decederet. Alia quidem explicandi ratio exstat, qua Plutarchum utramque disputationem, et eam, quae apud Strabonem legitur, et Ciceronis inter se confudisse putemus, ita ut contra Hermagoram iam anno 688 u. c., neque 692, Posidonium disputasse dicamus. Ceterum etiamsi hoc statueremus, ad nostram quaestionem de aetate Hermagorae paucorum annorum discrimen nihil faceret.

1) v. c. Ernesti. in cl. Cic. s. v. Hermagoras, et Orell. qui ea repetit in Onomast. p. 282.

2) Cf. c. 41. „Ἐπὶ τοῦτο (sc. τὸ βῆμα) προβὰς ὁ Πομπήϊος ἀπήγγειλεν αὐτοῖς, ὅτι Μιθριδάτης τέθνηκε" etc.

— τήν τε πόλιν ἠλευθέρωσε. — Ἐν δὲ Ῥόδῳ γενόμενος πάντων μὲν ἠκροάσατο τῶν σοφιστῶν, καὶ δωρεὰν ἑκάστῳ τάλαντον ἔδωκε. Ποσειδώνιος δὲ etc. Ἐν δ᾽ Ἀθήναις" etc.

Quae quum ita sint, profecto nemo contendet, Hermagoram Temnium, Theodori Gadarensis discipulum, quem Quinctiliani etiam aequales viderunt, cum Posidonio [1]), qui illo tempore magnam iam nominis laudem nactus erat, disputare potuisse. Quam ob causam fuerunt, qui disputationem illam ad nostrum potius Hermagoram pertinere putarent. At hunc ante Molonem et Ciceronem floruisse supra vidimus. Et cur Strabo, ubi data opera de rhetoribus et philosophis loquitur, [2]) qui Rhodi inclaruerint, et eos etiam, qui minore nominis laude excelluerunt, appellat, Hermagoram ne verbo quidem commemorat? Atque iam eo tempore, quo Cicero Rhodum venit, anno 674 u. c., sedecim fere ab illa disputatione annis ante, et se ad eundem, quem Romae audiverat, Molonem applicavit, neque ulla Hermagorae tamquam ibi viventis mentio facta est, neque omnino eius nomen inter Athenienses oratores et Asiaticos profertur. Ciceronem autem eum, quem in rhetoricorum libris secutus erat, silentio praetermisisse, dum aliorum rhetorum nomina recenset, [3]) verisimile non est [4]). Unde Hermagoram

---

1) v. c. Spalding. ad Quinct. T. I. p. 349. Westermann. l. l. II. Th. §. 81. 11. Meier. l. l. p. VIII. 35. „Contra hunc Pompeius Magnus ex Mithridatico bello reversus Rhodi declamavit."

2) Cf. Posidonii reliquiae doctrinae coll. et illustr. Jan. Bake. Lugd. Bat. 1810. Hic philosophus Stoicus Panaetii discipulus fuit, (Suid. s. v.) quem circa annum 581 u. c. (173 a. Ch.) natum Scipionis Africani minoris familiaritate usum esse constat. Ipse Posidonius scholam Rhodi habuit, et Strabone (XIV. p. 655) teste ἐπολιτεύσατο μὲν ἐν Ῥόδῳ καὶ ἐσοφιστεύσατο, πρυτανὶς ibi factus. M. Claud. Marcello Cs. anno 703 u. c. (51. a. Ch.) Suidas eum Romam venisse narrat. Cf. Orell. Onomast. p. 493. Westermann. l. l. I. Th. §. 82. 11.

3) Inter alios Antiochum appellat, Demetrium Syrum, Menippum Stratonicensem, Dionysium Magnetem, Aeschylum Cnidium, Adrumytenum Xenoclem, qui tum in Asia rhetorum principes numerabantur. (Brut. c. 91.) Quibus non contentus Cicero Rhodum venit.

4) Nam quod Posidonium etiam, quem Rhodi audiisse Ciceronem Plutarchus in vit. Cic. c. 4 (ἐν δὲ Ῥόδῳ ῥήτορι μὲν Ἀπολλωνίῳ τῷ Μόλωνι, φιλοσόφῳ δὲ Ποσειδωνίῳ sc. συνεσχόλασεν) affirmat, ipse Cicero non nominaverit, id optime ita explicatur, ut hoc certe in loco ad rhetorum tantum principes animum advertisse statuamus; nisi forte Posidonius hoc tempore abfuit, Plutarchus autem, qui hunc Rhodi docuisse sciret, eum inter Ciceronis praeceptores omitti non posse putavit.

pariter ac Meneclem Alabandensem,[1] Molonis praeceptorem, iam mortuum fuisse c ligi poterit.

Hisce causis inducti et ea potissimum, quod post Hermagoram Molonem fl ruisse audimus, qui iam anno 674 u. c. (80. a. Ch.) dictatore Sulla ad senatum Rhodiorum praemiis, adolescentiam procul dubio longe transgressus, venerat, non po sumus, quin apud Plutarchum non de ipso Hermagora, sed de disputatione contra al quam huius viri sententiam sermonem esse existimemus, quod quidem ex linguae legibus [2] fieri posse non est, quod comprobemus. Posidonium autem, dialectica facultate ta insignem, ut cognomine Ἀθλητοῦ ornatus sit,[3] hac occasione oblata artem suam stentasse, facile crediderim, praesertim quum eum Aristoteleam potius rationem, qua Hermagóras reliquerat,[4] summo studio secutum esse audimus.[5] —

Quodsi ex totius disputationis connexu ea in unum comprehendimus, qua de nostro Hermagora dici possunt, neque de patria, neque de natalibus, nequ omnino de qualicunque vitae conditione quidquam ab antiquis nobis traditum ess videmus. Hoc solum extra omnem dubitationem positum esse existimavimus, aetatem qua floruerit ille, inter Stoicorum et Peripateticorum principes et Appollonium Molonem Rhodium, altera seculi ante Christum secundi parte, esse constituendam; doctrinam eius vero Ciceronis aequaliumque tempore Romae potissimum tanto in usu fuisse, ut ille ipse orator in libris, quos de inventione scripsit, nostrum sequeretur.

Itaque quo minora per fontium paucitatem atque ambiguitatem ea sunt, quae de vita Hermagorae novimus, quum aut pleraque apud Senecam, Suidam, Strabonem vestigia ad alterum Hermagoram pertineant, aut ex aliis, ut ex Cice-

---

1) Wetzel. ad Brut. c. 91. 316.

2) Verba haec sunt: πρὸς Ἑρμαγόρσν περὶ τῆς καθ’ ὅλον ζητήσεως ἀντιταξάμενος.

3) Suid. s. v. ὃς ἐπεκλήθη Ἀθλητής.

4) Quinct. III. 1. 15. Cicero in libris de oratore haec communia praecepta, quae in eiusdem libris rhetoricis legimus, ubi Hermagoram secutus erat, reliquit, et Aristoteleam et Isocrateam rationem oratoriam complexus est. Cic. ad Fam. I. 9. 9.

5) Quod Strabo I. p. 71 de geographia narrat, et de arte oratoria dici potest: πολὺ γάρ ἐστι τὸ αἰτιολογικὸν παρ’ αὐτῷ καὶ τὸ Ἀριστοτελίζον.

rone et Plutarcho, Quinctiliano excepto, unde illam aetatis definitionem collegimus, nihil certi erui possit, quo minora, inquam, haec sunt, eo uberior artis ingeniique descriptio huius viri esse solet, quam apud antiquos scriptores legimus.

II. DE HERMAGORAE ARTE.

Princeps vero inter illos scriptores est Cicero, quem in rhetoricorum libris Hermagorae vestigia adeo pressisse vidimus, ut nil nisi ea, quibus discreparet, addere causisque confirmare opus esse putaret [1]). Qui quum ipse Hermagorae scripta ante oculos habuisse videatur, primarium fontem iure meritoque putamus, unde non modo quae claris verbis Hermagorae tribuantur, hauriri, sed ea etiam, quae in disciplinae connexu suum locum obtineant, suppleri possint. Deinde est Quinctilianus, qui quo facilius falsis Hermagorae libris [2]) in errorem induci posset, eo maiore diligentia nostri doctrinam ab aliis distinxit. Itaque Quinctilianus quoque, qui et nostri libros rhetoricos pariter atque eos, quorum falsus erat titulus, bene novit, et cum Cicerone de Hermagorae doctrina consentit, profecto is est, ut non solum Ciceronis verba confirmet, sed plerumque etiam eodem loco, quo ille, haberi possit.

Tum ab altera parte Graeci [3]), ab altera rhetores Latini [4]) sunt, qui Hermagorae doctrinae quasi fragmenta memoriae prodiderunt. Illi tamen, qui ex variis Hermagorae Hermagoreorumque nominibus inscriptis libris hausisse videntur, eo maiore cum diligentia et cautione legendi sunt, quo minus primo adspectu intelligemus, utrum de nostro, an de altero Hermagora, an de alio quodam eiusdem nominis rhetore disputaverint. Nam distinguit quidem Maxim. Planud. in schol. ad stat. Hermog. (Walz. l. l. T. V. p. 337) Ἑρμαγόραν τὸν νεώτερον ab antiquiore, et Meierus [5]) illum eundem esse dicit, qui cognomine Carionis appellatus sit. Attamen etsi hoc

1) Cic. d. inv. I. 19. 12 „ne, si tacite praeterierimus, sine causa non secuti eum putemur."
2) Quinct. III. 5. 14.
3) Rhetores Graeci ex codd. Flor. etc. ed. Chr. Walz. Stuttgart. et Tubing. 1831. sqq. 8.
4) Antiqui Rhetores Latini etc. ed. Capperonnerius Argentorat. 1756. 4.
5) Ind. schol. l. l. p. VII. 35.

magnam speciem veritatis videatur prae se ferre, quum alius Hermagoras apud Suidam non nominetur, tamen quominus temere comprobemus, non solum schol. in Aphthon. prohibet (Walz. l. l. T. II. p. 683), ubi Hermagoras cum Hermogene, Dionysio (Westermann. T. I. §. 94. 6) et Minuciano aequalis fuisse traditur, sed etiam Gregor. Cor. εἰς τὸ περὶ μεθόδου δεινότητος Hermog. (Walz. T. VII. p. 1219) „τεχνικοὺς δὲ καλεῖ τοὺς κατὰ τὸν αὐτοῦ καιρὸν ἀντιτέχνους καὶ ὁμοτέχνους, οἷον Διονύσιον καὶ Ἑρμαγόραν, Μινουκιανόν (in cod. Monac. τοὺς κατὰ τὸν αὐτὸν χρόνον ἀντιτέχνους αὐτοῦ καὶ ὁμοτέχνους οἷον Ἑρμαγόραν, Διονύσιον καὶ Μινουκιανόν)." Altero in loco, ἔπειτα, scholiasta inquit, ἀκμασάντων τῶν Ῥωμαϊκῶν πραγμάτων Ἑρμαγόρας ἔγραψε πολιτικὴν τέχνην καὶ Λολλιανός. Lollianus [1]) autem Traiano Hadrianoque imperatoribus usque ad Antoninum Pium vixit. [2])

Quodsi hic Hermagoras revera Lolliani aequalis esset, neque cum nostro, neque cum Theodori Gadarensis discipulo confundi posset, sed alius quidam ex innumero illius aetatis rhetorum agmine [3]) haberetur, qui commentatoribus postea largam interpretandi materiam praebuisset. Et profecto quidem apud eundem Maximum Planudem ille Ἑρμαγόρας ὁ νεώτερος cum Metrophane componitur, qui quum ad Hermogenis [4]) artem commentarium scripserit, [5]) et ipsum illo tempore vixisse apparet. [6])

---

1) Westermann. l. l. T. I. §. 89, 3. 90, 3. 95, 1. 18.

2) i. e. ἀκμασάντων τῶν Ῥωμαϊκῶν πραγμάτων, ut ex Sopatri verbis ad Hermog. artem (Walz. l. l. T. V. p. 8) sequitur, ἡνίκα — ἡ Ῥωμαίων ἤκμασεν ἀρχὴ καὶ πολιτεία σώφρων κατέσχε τὰς πόλεις μάλιστα ἐπὶ Ἀδριανοῦ καὶ Ἀντωνίνου ῥητορικῶν καὶ φιλολόγων βασιλέων.

3) Cf. Westermann. l. l. T. I. §. 104, 18. 95. sqq.

4) Cf. Westermann. l. l. T. I. §. 95, 3. Walz. T. II. 683. IV. 30. V. 8. 222. Maxim. Planud. prolegg. στασ. „Ἑρμογένης — ὃς γέγονε μὲν ἐπὶ Μάρκου τοῦ βασιλέως καὶ Ἀριστείδου τοῦ ῥήτορος." Scholiastis autem minimam in temporum rationibus auctoritatem esse tribuendam, hoc Hermogenis exemplo optime illustratur. Quod enim Maxim. Planud. narrat, Marcum Aurelium auditorem fuisse Hermogenis etc. (Walz. T. V. p. 222), id Sopater Hadriano imperatore factum esse affirmat (Walz. T. V. p. 8). Sopater etiam Hermogenem post Minucianum vixisse dicit, quem Gallieno demum imperatore (a. p. Ch. 259 sqq.) floruisse audimus. (Westermann. l. l. T. I. §. 98, 15.)

5) Westermann. l. l. §. 104, 18. Walz. T. IV. p. 816.

6) Ceterum Hermagoras, qui inter illius aetatis rhetores appellatur, non modo cum Lolliano et cum Minuciano, sed etiam cum aliis ejus generis hominibus, ut cum Apsine (Walz.

accedit, quod illud περὶ προβληματικῆς μονόβιβλον [1]) inter eos Hermagorae Carionis libros, quorum conspectum Suidas proposuit, non invenimus.

Propter hanc ambiguitatem, quae ita certe removeri non potest, ut a scholiastis temporum rationes misere confundi solere concedamus, quia procul dubio fieri potuit, ut alium etiam Hermagoram intelligerent, tum demum ad nostrum Hermagoram ex Graecis rhetoribus aliquid fructus redundare arbitramur, quum aut cum Cicerone Quinctilianoque et aliis consentiunt, aut e disciplinae Hermagoreae progressu comnexuque apparet, aliquam rem a Graecis Hermagorae concessam ad nostrum certe pertinere posse [2]). Reliqua alii Hermagorae, sive Carioni, sive tertio cuidam tribuamus.

Latinos autem rhetores, quum praeter Graeca exempla Ciceronem quoque et Quinctilianum secuti sint, [3]) plerumque de nostro disputare ex ipsa artis compositione videbimus.

Itaque his praemissis nunc de arte ingenioque Hermagorae quaecunque ex antiquis scriptoribus afferri possunt, componere licebit.

Aristotelis, summi artis magistri, artem omnes fere eloquentiae doctores diu secuti sunt, donec, quum ille e vita paullatim effugeret, umbratici illi rhetores, in scholis a vita alienis eruditi, nova institutione uterentur, quo non quomodo oratores fierent, sed quomodo orationes regulis comprehenderent, discere solebant. Recentis huius rationis auctor fuit Hermagoras. [4]) Is enim, ut Quinct. III. 1, 16 affirmare vidimus, fecit velut propriam viam, quam plurimi sunt secuti, in quorum numero ipsum Quinctilianum fuisse Fossius de Gorg. Leont. p. 96 non temere arbitratus est. [5]) Cuius

T. II. 513. Westermann. T. I. §. 96. 15.) componitur, adeoque post Lollianum scripsisse dicitur (Sopat. ad Hermog. art. Walz. T. V. p. 8 τῶν δὲ νῦν φερομένων τεχνικὸς πρῶτος Λολλιανὸς — καὶ Ἑρμαγόρας μετ' αὐτὸν — μετὰ τούτους ὁ Μινουκιανός).

1) Max. Planud. l. l. Walz. T. V. 338.

2) Eadem via iam Quinctilianus (II. 21. 20) in artis Hermagoreae indicatione ingressus est.

3) Westermann l. l. T. II. §. 85, 8.

4) Huc pertinere, quod Isidoro Hispalensi Origg. II. 2 tanquam tertius rhetorices inventor cum Gorgia et Aristotele celebratur, Ellendt. in prolegg. ad Cic. Brut. p. LXXXVII recte intellexit, hos tres praecipue artem diversas rationes et consilia ineundo explicuisse.

5) Cf. Quinct. III. 6, 60. III. 11. 1. Neque tamen vitia Hermagorae ei ignota erant. cf. III. 11, 22. III. 6, 63.

disciplinae naturam et peculiarem indolem Cicero in Brut. c. 76. 263 et 78. 271 optime describit. Nam recte inopem ad ornandum, sed ad inveniendum expeditam disciplinam appellat. Ea, inquit, dat rationes certas et praecepta dicendi, quae si minorem habent apparatum (sunt enim exilia), tamen habent ordinem et quasdam errare in dicendo non patientes vias; et altero loco, quo T. Attium Pisaurensem Hermagorae praeceptis doctum esse dicit, „quibus etsi ornamenta non satis opima dicendi, tamen ut hastae velitibus amentatae, sic apta quaedam et parata singulis causarum generibus argumenta traduntur." Quo egregio oratoris Romani iudicio ideo potissimum praestantius nullum esse potest, quod in perfectissimo fere eius opere exstat, seriore aetatis tempore scripto, quo ad Aristotelis morem sese converterat, et artis suae perfectam speciem in libris de orat. III. proposuerat, quos ipse ait a communibus praeceptis abhorrere, et omnium antiquorum et Aristoteleam et Isocrateam rationem complecti. [1]) Nec minus illud iudicium non temere esse prolatum id ostendit, quod Cicero in eadem re adeo sibi constitit, ut in libris rhetoricis quae adolescens de Hermagorae arte disputavit, eodem fere redeant. „Nam satis videtur (in arte, quam edidit), lib. I. 8, 8 — 9 inquit, ex antiquis artibus ingeniose et diligenter electas res collocasse, et nonnihil ipse quoque novi protulisse; verum oratori minimum est, de arte loqui, quod hic fecit, multo maximum est, ex arte dicere, quod eum minime potuisse omnes videmus." Itaque aridam illam et sine apparatu doctrinam reprehendit, quae e vita remota in scholarum umbris tanquam exilis planta crescit. Illis enim temporibus, quum Graeciae libertas fracta iaceret, eloquentia e vita aufugit, et in scholarum spatia se recepit. In orationum locum declamationes successerunt, ad iuvenum usum accommodatae, ut formas discerent, quae vitae conditioni satisfacere possent. Artem omnes sibi vindicabant, unde factum est, ut ii tantummodo excellere possent, qui ceteris non ingenio, sed exercitatione et externa quadam dexteritate praestarent. Haec quoque singularum scholarum causa fuit, quarum tres illae celeberrimae, Asiatica, Rhodia et Attica omnibus notae sunt. Inde denique vita plane neglecta, posteaquam excellentissimorum oratorum memoria sensim obscurata est, fictas ad imitationem fori consiliorumque materias dicere circa Demetrium Phalereum institutum est. [2]) Succus ille et sanguis incorruptus, quem Cicero [3]) maximorum oratorum, Demosthenis et Aeschinis,

---

1) Cic. ad Fam. I. 9, 9.

2) Cic. Brut. c. 9. Quinct. II. 4. 41.

3) Cic. Brut. c. 9, 36.

aetati tribuit, in qua naturalis inesset, non fucatus nitor, paulatim evanuit. „Phalereus enim, eruditissimus quidem et politissimus, sed non tam armis institutus, quam palaestra delectabat magis Athenienses, quam inflammabat. Processerat enim in solem et pulverem non ut e militari tabernaculo, sed ut e Theophrasti, doctissimi hominis, umbraculis". [1] Hac via omnino Hermagoras quoque ingressus est, eo tantum discrimine, ut Aristotelis et Theophrasti doctrinam, quam Demetrius, huius in arte rhetorica et philosophia discipulus, [2]) secutus est, relinqueret, et nova eaque artificiosiore quidem, at exiliore incederet. Omnem enim operam in eo collocasse videtur, ut de omnibus rhetorices generibus et partibus regulas componeret, singula disponeret, species et genera inter se disiungeret, alia adderet, alia omitteret, locos denique ad inveniendum, argumenta et reliqua bene colligeret. Omnia rhetorum praecepta hoc modo arte concludere studebat, ita ut opus eius non solum armamentarium oratoribus esset, sed etiam aedificium pulcherrimum et adspectu nitidissimum. At sicuti aedificium, quod ita exstructum est, ut singuli lapilli anxia quadam cura ponerentur, concinnitatis quidem speciem, sed nequaquam pulchritudinis prae se ferre et potest et solet: ita Hermagorae ars uniformem aliquem adspectum praebet, quem sterilitate quadam laborare neminem fugiet. Singuli lapides, ut coeptam translationem continuemus, ex aliis aedificiis antiquis desumti et diligenter denuo comparati, nonnunquam novi additi sunt, saepe autem prae nimio studio omnia ad artis formam redigendi et ad regulas componendi factum est, ut aedificium debilitate quadam laboraret, rebus externis, quae a regulis decedere cogere poterant, plane neglectis.

Hanc autem Hermagorae doctrinam tam tempori, quam illius aetatis artis ingenio fuisse accommodatam, auctoritas ostendit, qua non solum apud Graecos, sed etiam apud Romanos utebatur, [3]) ita ut, quales nunc philosophi celeberrimi, familiam duceret, nomine Hermagoreorum [4]) insignem. Neque mirum, quod certae illae rationes et praecepta dicendi, viae errare in dicendo non patientes, eum alliciebant, qui nondum

---

1) Cic. Brut. c. 9, 36.

2) Quinct. III. 1, 15.

3) Cf. Cic. Brut. c. 76 et 78. Quinct. III. 1, 16.

4) Quinct. III. 1, 18. „Ad morem certas in philosophia sectas sequendi," Hermagorae asseclae Hermagorei appellati sunt, ut postea Apollodorei et Theodorei (V. 39. 59) VII. 4. 4. cf. Walz. Rh. Gr. T. V. 213. VI. 52. VII. 308 οἱ Ἑρμαγόρειοι. Qui tamen οἱ περὶ Ἑρμαγόραν (Walz. T. II. p. 513) vocantur, eos nihil nisi ipsum Hermagoram significare Meier. l. l. p. VII. 35 recte vidit.

longa exercitatione et usu illa sibi comparaverat. Hermagoras formam locosque praebebat, quibus tanquam ossibus carnem tantum induci opus esset.

Jam vero si hac universa artis Hermagoreae descriptione proposita ad singulas eius partes transimus, ipse inter eos est (ut a definitione initium ducamus), qui rhetoricam esse vim dicendo persuadendi dicerent, quorum in numero apud Quinct. II. 15. 14 Gorgias, Theodectes, Apollodorus et Aristoteles nominantur. [1]) Finem eloquentiae esse dicit, persuasibiliter (πιθανῶς) dicere [2]), quae quidem definitio alio etiam testimonio Maximi Planud. [3]) in prolegg. ad art. Herm. (Walz. T. V. p. 113) [4]) confirmatur. Nam τὴν ῥητορικὴν, l. l. inquit, διαφόρως τινὲς ὡρίσαντο· — οἱ δὲ Ἑρμαγόρειοι οὕτως· δύναμις περὶ λόγον, τέλος ἔχουσα τὸ πείθειν, ὅσον ἐφ' ἑαυτῇ. [5]) Consentit Aurelius Augustinus in princip. rhet. p. 318 Capper. „Hermagoras dicit esse oratoris finem (τέλος) persuadere, quatenus rerum et personarum conditio patitur," quod anxia quadam religione ductus addidit, quia non semper orator persuadeat, [6]) nec si quando persuadere non possit, facultatem et nomen oratoris omittat. Sed ἐλλιπὴς δὲ καὶ οὗτος (sc. ὁ ὅρος), Maxim. Planud. in censura huius definitionis addidit, οὐ γὰρ περιέχει τὸ ὑποκείμενον, τουτέστι τὰ πολιτικὰ πράγματα. [7]) In ipsa definitione certe

1) Cf. Maxim. Planud. prolegg. ad Hermog. art. (Walz. T. V. p. 212 sqq.), qui optimum huius rei conspectum praebet.

2) Cf. Quinct. II. 15. 14. ubi de nostro Hermagora sermonem esse manifestum est (cf. Spald. ad h. l.), quod iam Cic. de inv. I. 5. 6. verba ostendunt, qui officium igitur oratoris, inquit, illi videbatur esse: dicere apposite ad persuadendum.

3) Hic certe nostrum Hermagoram intelligere videtur, primum quod ipse iuniorem Hermagoram ab Hermagoreorum secta, quorum noster princeps fuit, distinguit, deinde hanc definitionem post Aristolem ante Dionysium Halicarnassensem affert, et cum Cicerone Quinctilianoque consentit.

4) Cf. Spengel. Artium scriptores. Stuttgart. 1828. 8. p. 223.

5) Eadem fere verba in Troili (cf. Westermann. T. I. §. 104. 18) prolegg. rhetor. (Walz. T. VI. p. 52) leguntur: οἱ δὲ Ἑρμαγόρειοι οὕτως ὡρίσαντο αὐτὴν λέγοντες· ῥητορική ἐστιν περὶ λόγον δύναμις, τέλος ἔχουσα τὸ πείθειν, ὅσον ἐφ' ἑαυτῇ (sive ut Aristot. Rhet. I. 2 dicit, τὸ ἐνδεχόμενον πιθανόν).

6) Cf. Max. Planud. prolegg. ad art. Herm. Walz. T. V. p. 214 οὐ γὰρ πανταχοῦ πείθει ὁ ῥήτωρ, ἀλλ' ἔσθ' ὅτε καὶ ἀποτυγχάνει· δεῖ μέντοι τοῦτον τὰ πείθειν πεφυκότα διεξιέναι.

7) Maxim. Planud. etiam significationem: δύναμις vituperat (τὸ μέντοι δύναμις πραγ-

haec arctior circumscriptio non magis inest, quam in Ciceronis, licet generis respectu habito eloquentiam partem scientiae civilis esse arbitratur (de inv. I. 5. 6); attamen Hermagoram prae ceteris ad quaestiones civiles animadvertisse, iam Aurelius Augustinus bene intellexit, qui ad definitionem modo propositam: dumtaxat in quaestionibus civilibus [1]) addit, contra eos, qui persuadendi officium negant esse proprium oratoris, sed commune paene cum omnibus v. c. mathematicis, opificibus, medicis, aliis. [2]) In civilibus igitur quaestionibus i. e. iis, quarum perceptio in communem animi conceptionem, quam Graeci *κοινὴν ἔννοιαν* vocant, potest cadere, grammaticorum, philosophorum, medicorum aliorumque quaestionibus oppositis, quae extra regulam civilem, quam *πολιτικὴν* vocant, collocantur, [3]) in his procul dubio Hermagoras quoque prae ceteris eloquentiam versari contendit. Hec tota eius statuum doctrina, quae ad res ad usum civilem moribus ac legibus constitutas spectat, luce clarius ostendit. Nihilominus tamen Hermagoram illud *ἐν πράγματι πολιτικῷ* data opera omisse, ne oratoris officium arctioribus finibus includeret, inde sequitur, quod ipse quaestiones ad hunc modum: ecquid sit bonum praeter honestatem? quae sit mundi forma? quae solis magnitudo? etc. oratori attribuit [4]), quae ad philosophorum et mathematicorum potius officium pertinerent, neque in communem animi perceptionem cadere possent. Quare dubito, num ea, quam Sextus Empiricus adv. Math. lib. II. 62, p. 301 officii oratoris definitionem dicit, nostri esse possit. Nam *Καὶ Ἑρμαγόρας*, inquit, *τελείου ῥήτορος ἔργον εἶναι ἔλεγεν τὸ τεθὲν πολιτικὸν ζήτημα διατίθεσθαι κατὰ τὸ ἐνδεχόμενον πειστικῶς*. Neque Sopatri ad Hermog. art. (Walz. T. V. p.

μά ἐστιν ἐν μεσότητι, ᾧ ἔξεστι καὶ καλῶς καὶ κακῶς χρήσασθαι), et in eius locum id quod est *τέχνη περὶ λόγον δύναμιν ἔχουσα* succedere iubet.

1) i. e. *ἐν πράγματι πολιτικῷ* „*διὰ τὴν γραμματικὴν καὶ διαλεκτικὴν*" (Maxim. Planud. l. l. p. 214), ut a rhetorica et dialectica distingueretur. Cf. Maxim. Plan. l. l. *πολιτικὸν δὲ τὸ ῥητορικὸν πρὸς ἀντιδιαστολὴν τῶν φιλοσόφων*. Auct. ad Herenn. I. 2. 2.

2) Cf. Aur. Aug. p. 319 sqq., qui hac de re pluribus disputat.

3) Cf. J. Ch. Ernesti Lex. Technol. p. 148. Marcell. ad Hermog. Walz I. l. T. IV. p. 233. *Ζήτημα — πολιτικὸν δέ φασι τὸ μὴ περὶ τὰς μεθόδους τὰς φυσικὰς ὑφιστάμενον, ἀλλὰ τῆς κοινῆς ἐννοίας ἔχον τὴν κρίσιν*.

4) Cic. d. inv. I. 6. 8.

15. 16) censura, [1]) qui hanc τῶν περὶ Ἑρμαγόραν rhetoricae definitionem dicit: δύναμιν τοῦ εὖ λέγειν τὰ πολιτικὰ ζητήματα, ab omni parte ad nostrum pertinet. Nam etiamsi quis Hermagoram quaestiones civiles eas habuisse contenderit, [2]) quae ab aliis mathematicorum, philosophorum aliorumque tantum officio attributae sint: tamen in ipsa definitione neque τῶν πολιτικῶν neque ζητημάτων commemoratio fuisse videtur. Quae quum ita sint, non dubito, quin Sopat. ad Hermog. stat. (Walz. T. IV, p. 63) verba: ὁ μὲν οὖν Ἑρμαγόρας οὕτω διαιρεῖ· ἔστι τι γένος λογικὴ ἐπιστήμη, εἶδος δ' αὐτῆς ἡ ῥητορικὴ ad nostrum referri possint.

Propter hanc amplam autem definitionem etiam fieri potuit, ut materiam eloquentiae nimis extenderet et amplificaret. In causam enim et quaestionem eam dividit (ὑπόθεσιν καὶ θέσιν), quod Cicero [3]) valde reprehendit, [4]) quum nec quid dicat attendere, nec quid polliceatur, Hermagoram intelligere videri existimet. „Causam (ὑπόθεσιν) dicit esse rem, quae habeat in se controversiam in dicendo positam cum certarum personarum interpositione; [5]) quaestionem (θέσιν) autem eam appellat, quae habeat in se controversiam in dicendo positam sine certarum personarum interpositione ad hunc modum: ecquid sit bonum praeter honestatem? verine sint sensus?

1) „Οἱ δὲ δὴ λέγοντες, δύναμις τοῦ εὖ λέγειν τὰ πολιτικὰ ζητήματα, δοκοῦσι μέν πως καλῶς λέγειν τῷ τὰ πολιτικὰ εἰπεῖν καὶ ζητήματα, καὶ ἀποδιαστῆσαι τῶν ἄλλων ζητημάτων, καὶ τῷ εἰπεῖν εὖ λέγειν· οὐδὲ γὰρ πάντως πείθει, ἀλλὰ δεῖ πιθανῶς εἰπεῖν· ἐλλιπῶς δὲ καὶ ὁ ὅρος οὗτος· τὸ γὰρ πανηγυρικὸν οὐ ζήτημα, ἀλλὰ αὔξησις ὁμολογουμένου ἀγαθοῦ· εἰ δὲ μόνα τὰ πολιτικὰ ζητήματα ἐρεῖ ἡ ῥητορική, οὐκ ἔσται μέρος αὐτῆς τὸ πανηγυρικόν· ἐὰν οὖν ἓν τῶν τριῶν εἰδῶν ᾖ τὸ πανηγυρικόν, ἐλλιπῶς ὁ ὅρος ἔχει".

2) Nam „civilis quaedam ratio est, quae multis et magnis rebus constat" Cic. d. inv. I. 5. 6.

3) De inv. I. 6. 8.

4) Ut multi alii, Aurel. Aug. teste (Rh. L. p. 320 C.), qui Hermagorae patrocinatus est. „Nec desunt, l. l. inquit, qui hic etiam Hermagoram criminentur, et Apollodorum inprimis, qui negat quicquam aliud esse hypothesin, quam thesin, et nullius momenti esse discrimen personarum, quanquam utrumque hoc genus quaestionis Hermagoras distinxisse videatur."

5) Cf. Ernest. Lex. Techn. Gr. p. 364. Schol. in Aphthon. ὑπόθεσίς ἐστι ζήτησις πολιτικὴ ἐφ' ὡρισμένων προσώπων καὶ πραγμάτων ἀμφισβήτησιν ἔχουσα. Quinct. III. 5, 7, 18. Cic. d. or. II. 31, 1. Quaestio finita, causa.

„quae sit mundi forma? quae solis magnitudo?“ [1]), quas quaestiones Cicero procul ab oratoris officio remotas esse existimat. [2]) „Nam quibus in rebus, inquit, summa ingenia philosophorum plurimo cum labore consumta intelligimus, eas sicut aliquas parvas res oratori tribuere magna amentia videtur.“ Hac occasione data inventili quodam ardore in Hermagoram invehitur, eiusque ingenium quodammodo adumbrare studet. Nam „quodsi magnam, addit, in his Hermagoras habuisset facultatem, studio et disciplina comparatam, videretur fretus sua scientia falsum quiddam constituisse de oratoris officio, et non quid ars, sed quid ipse posset, exposuisse. Nunc vero ea vis est in homine, ut ei multo rhetoricam citius quis ademerit, quam philosophiam concesserit.“ Quod quidem iudicium, quamvis veri aliquid in se continere concedamus, tamen illa causa, quapropter factum est, et summis rhetoribus et Ciceroni ipsi in posterioris aetatis scriptis non recta visa est. Consentit enim cum rhetore nostro Quinct. II, 21, 20 sqq., ubi „ita sic quoque recte diximus, inquit, materiam rhetorices esse omnes res ad dicendum ei subiectas. — Hermagoras quoque (sicut Gorgias) dicendo, materiam esse in causa et quaestionibus, omnes res subiectas erat complexus. Sed quaestiones si negat ad rhetoricen pertinere, dissentit a nobis, si autem ad rhetoricen pertinent, ab hoc quoque adiuvamur.“ Quinctilianum vero, Hermagoram haec non negasse, bene intellexisse, ipsius verba [3]), supra iam aliam ob causam allata, satis luculenter ostendunt, ubi inutiles oratori universales esse quaestiones quosdam putare dicit. Quam quidem

---

1) Cf. Ernesti Lex. Techn. Gr. p. 155. Walz. l. l. T. I. p. 242. (Theon. progymn. c. 12) *θέσις* (quaestio infinita, quaestio Quinct. III. 5. 5) *ἐστὶν ἐπίσκεψις λογική, ἀμφισβήτησιν ἐνδεχομένη ἄνευ προσώπων ὡρισμένων καὶ πάσης περιστάσεως.* — *Καὶ Ἑρμαγόρας μετ' αὐτὸν κρινόμενον* (quod nomen ad indicationem potius pertinere videtur, (Quinct. III. 11. 4) aut alii Hermagorae tribuendum, quum nec cum eo, quod Cicero de inv. I. 6. 8) nec cum eo, quod Quinct. II. 21. 20 dicit, recte congruat) *προσηγόρευκε, Θεόδωρος δὲ ὁ Γαδαρεὺς* (Theodori enim schola omnia ad capita refert) *κεφάλαιον ἐν ὑποθέσει* (Quinct, III. 6. 2 et 11. 27).

2) Haec et ipsa Posidonii philosophi opinio fuisse videtur, quum in disputatione coram Pompeio contra Hermagoram habita *περὶ τῆς τοῦ καθόλου ζητήσεως* (de quaestione communi s. infinita) huic adversaretur et philosophis vindicare vellet, quod ille et oratoribus convenire crediderat.

3) Quinct. III. 5. 12 sqq., qui alteri (II. 21. 20 sqq.) lucem affundit (cf. Spald. ad h. l.). Hoc enim loco (III. 5. 12) apparebit, quare de Hermagorae sententia Quinctilianus dubitaverit.

opinionem libri Hermagorae nomine inscripti confirmant, sed „sive falsus est titulus subiicit, sive alius hic Hermagoras fuit. Nam eiusdem esse quomodo possunt, qui de hac arte mirabiliter multa composuit, quum sicut ex Ciceronis quoque rhetorico primo manifestum est, materiam rhetorices in theses et causas diviserit? quod reprehendit Cicero, ac thesin nihil ad oratorem pertinere contendit, totumque hoc genus quaestionis ad philosophos refert. Sed me liberavit respondendi verecundia, et quod ipse hos libros improbat, et quod in oratore (c. 14) atque iis, quos de oratore (III. 30) scripsit libris, et Topicis (c. 21) praecipit, ut a propriis personis atque temporibus revocemus controversiam, quia latius dicere liceat de genere, quam de specie; quod in universo probatum sit, in parte probatum esse necesse sit.“ [1])

Transeamus ad **partes** artis oratoriae, quas plerique inventionem, dispositionem, elocutionem, memoriam, pronuntiationem dixerunt [2]); Hermagoras autem Quinctiliano [3]) teste iudicium, partitionem, ordinem, elocutionem subiicit [4]) oeconomiae. Ita igitur rem constituit, ut *οἰκονομίαν* [5]) primam partem poneret, cui **iudicium** (inventio) **partitio**, **dispositio** et **elocutio** subiungerentur, alteram partem **memoriam** et tertiam **actionem**. Attamen num haec omnia ad nostrum an potius ad posterioris aetatis Hermagoram referenda sint, aliquis dubitare possit, praesertim quum apud Quinctilianum Theodoreos ordine excipiat, quod melius alteri Hermagorae ex Theodori disciplina profecto, quam nostro convenire videatur. Accedit, quod Cicero in lib. rhet. hanc discrepantiam ne verbo quidem commemorat, dum alia, in quibus cum illo non sentit, diligenter annotat. Re autem accuratius perspecta primum discrepantia non est, quod Quinctilianus dicit, Hermagoram partes illas oeconomiae subiecisse; partes enim eaedem manent, et *οἰκονομία* tantum communis appellatio est, qua illae comprehenduntur, potentissima, illa quaeque vere dicitur **oeconomica** totius causae **dispositio**. [6]) Neque vero ex Quinctiliani verbis colligi potest, Hermagoram sex partes constituisse, quum ea, quae ille quasi in transcursu affert, **partitio** et **ordo**, duo tantum dispositionis genera, alterum ab institutione artis

1) Quinct. III. 5. 15.
2) Cic. d. inv. I. p. 7. 9. Auct. ad Her. I. 2. 3. Quinct. III. 3. 1.
3) Quinct. III. 3. 9.
4) De significatione huius verbi cf. Spald. ad Quinct. T. I. p. 444.
5) Cf. Ernesti Lex. Techn. Gr. p. 229. Quinct. l. l. „Graece appellata ex cura rerum domesticarum.“
6) Quinct. VII. 10. 11.

profectum, alterum ad casum temporis accommodatum, [1]) esse videantur. Accedit quod Quinctilianus illo loco de numeri differentia nihil dicit. [2]) Deinde tantum abest, ut ex ordine, quo Hermagoras Theodoreos excipiat, alterum rhetorem nominari possit concludi, ut contrarium inde sequatur. Ut enim omittamus, a Quinctiliano l. l. non temporis ordinem, sed rerum respici, alterum Hermagoram ipsum ad Theodoreorum sectam pertinuisse scimus, cui nisi claris verbis id addatur, profecto, ut apud Quinctilianum legimus, opponi non potest. Denique Quinctilianus ubicunque de arte et praeceptis Hermagorae loquitur, plerumque de nostro agit, neque ullo ex loco alterius quoque Hermagorae scripta illum ante oculos habuisse patet. Fuisse quidem falsos libros nomine Hermagorae inscriptos vidimus; hos autem a Carione esse compositos eo magis a vero abhorret, quo facilius Quinctilianus, qui hac de re dubitat, apud aequales, qui eum viderint, veritatem huius rei comperire poterat. Pseudo-Hermagorae autem, quem Quinctilianus significat, illam partium distributionem esse nemo contendet, qui neque Quinctiliani huius rei mentionem fecisse, neque omnino causam esse intelliget, cur a nostro recedamus, modo singulas partes recte componamus. Hermagoras enim et ipse, ut plerique, quinque partes rhetoricae dicit: iudicium sive inventionem (εὕρεσιν), ordinem (τάξιν), qui duo genera partitionem et dispositionem s. ordinem propria significatione complecteretur, et elocutionem, (φράσιν) quae tres partes communi οἰκονομίας appellatione continebantur; quartam partem memoriam (μνήμην) et quintam actionem s. pronuntiationem (ὑπόκρισιν s. ὑποφοράν). Sequamur deinceps nostrum per partes rhetorices, ita ut initium ducamus ab inventione, cui prae ceteris tantam operam dedisse videtur, ut hac in re optime de arte oratoria eum esse meritum negari non possit.

---

1) Ita Auct. ad Her. lib. III. 9. 16 distinguit, cuius doctrina cum ea, quam Cicero in lib. rhet. proposuit, congruit, et ipsa ex illius temporis artibus videtur profecta esse. Cf. Quinct. III. 9. 2 ubi partitionem dispositionis speciem appellat. VII. 1. 1.

2) Similis ratio mihi videtur esse, quae in antecedentibus (III. 3. 9) est, ubi Ciceronem in rhetoricis iudicium inventioni subiecisse dicit. Neque tamen Cicero sex eloquentiae partes in illo libro, sed quinque constituit. Quamobrem Quinctilianus, qui in seqq. dicit, Ciceronem in partt. oratt. ad easdem, de quibus supra dictum est, quinque pervenire partes, id tantum sibi voluisse videtur, ut Ciceronem postea iudicium tanquam partem inventionis omisisse, et solas quinque illas partes constituisse putaret. Ita lectionis mutatione, quam Spald. ad h. l., alioquin optime ab eo illustratum, proposuit, opus non est.

Primum vero in ipsa inventione de constitutionibus vel statibus (στάσεις) disputandum est, [1]) „quum omnis res, quae habet in se positam in dictione et disceptatione aliquam controversiam, aut facti, aut nominis, aut generis, aut actionis in se contineat questionem; quaestio autem, ex qua causa nascitur, constitutio vel status appellatur." [2])

Quamquam inventor nominis στάσεων Hermagoras certo dici non potest, [3]) sed alii Naucratem, Isocratis discipulum, alii Zopyrum Clazomenium nominant, [4]) Quinctilianus adeo nominis originem ad Aeschinem refert, attamen Hermagoram hanc constitutionem in perfectam quandam artis formam composuisse, vel inde verisimile fit quod ille non solum hac in re omnino ita inclaruit, ut Hermogeni postea, celeberrimo περὶ τῶν στάσεων scriptori, exemplo suo praeiret, [5]) sed etiam inventor quartae, translativae constitutionis, nominatur. Nam „huius constitutionis, Cicero dicit, [6]) Hermagoras inventor esse existimatur, non quo non usi sint ea veteres oratores saepe multi, sed quia non animadverterint artis scriptores eam superiores, nec retulerint in numerum constitutionum," unde videmus, de ceteris statibus priores iam rhetores disputasse. [7])

---

1) Aurel. Aug. l. l. p. 320 — „consequens videtur dicere, quid sit, quod hypothesin i. e. controversiam efficiat. Est igitur circumstantia rerum, quam περίστασιν Hermagoras vocat, sine qua ulla omnino controversia esse non potest". Imo noster statum στάσιν, non περίστασιν appellavit, quod ex Quinct. III. 5. 3. sequitur, qui dicere profecto non poterat „Statum Graeci στάσιν vocant, quod nomen non primum ab Hermagora traditum putant," nisi certe hoc nomine usus esset. Ceterum περίστασις magis negotio Latinorum respondet, licet ipsam causam alii similiter definirent (Quinct. III. 4. 17. 18).

2) De statibus cf. Cic. de inv. I. 8. sqq. II. 4. sqq. Auct. ad Her. I. 11. sqq. (ubi Hermagoras pro eo, quod est Hermes legi non potest, quoniam ille non tres, sed quatuor constitutiones esse putavit, cf. Orell. Onomast. Tull. p. 282) II. 2. sqq. Quinct. III. 6. sqq. al. Rhetor. Graeci ed. Walz. passim. Rhet. Lat. ed. Capp. p. 188. sqq. al. Voss. rhet. nat. p. 146. sqq.
Isid. origg. II. 5. 1. — Lex. Tech. s. v. στάσις p. 314.

3) Quinct. III. 5. 3.

4) Quinct. l. l.

5) Westermann. l. l. T. I. §. 95. 4.

6) Cic. d. inv. I. 11. 16.

7) Ut apud Aristotelem (Quinct. III. 6. 23), ita apud alios huius disputationis vestigia

Totius vero statuum doctrinae conspectum, a nostro rhetore, proposi Quinctilianus praebet, cuius verba repetere licebit.

Hermagoras, lib. III, 6. 21 inquit, statum vocat, per quem subiecta res inte gitur, et ad quem probationes etiam partium referantur. [1] Ab eodem autem, u plerisque, divisa ratio est, ut status rationales (λογικὰς) appellaret, quaestion legales (νομικὰς), in illis de re, in his de scripto quaereret. [2] Ipse Hermago „solus, Quinct. l. l. (III. 6. 56) pergit, quatuor status rationales esse put vit [3]: coniecturam (στοχασμὸν), proprietatem (ὅρον, ἰδιότητα), translati nem (μετάληψιν), qualitatem, quam per accidentia, [4] id est κατὰ συμβεβηκ vocat, hac interpretatione: an illi accidat viro bono esse, vel malo? Hanc ita dividi

---

inveniuntur, etiamsi ipsa ratio non tam perfecta sit et absoluta, quam apud Herm goram.

1) Consentit, ut plerumque, Maxim. Planud. I. 1. (Walz. T. V. p. 252) κατὰ μέντοι τὸ Ἑρμαγόραν στάσις ἐστί, καθ' ἣν ἀντιλαμβανόμεθα τοῦ ὑποκειμένο πράγματος, et Anonym. ad stat. (Walz. T. V. p. 592) ὅτι ὁ Ἑρμαγόρας φησὶ στάσις ἐστὶ φράσις, καθ' ἣν ἀντιλαμβανόμεθα τοῦ ὑποκειμένου πράγματος, ἐ ᾧ ἐστι τὸ ζήτημα, καθὸ ἐστιν ἡ ἀμφισβήτησις, et (Walz. T. VII. p. 173) ἄμει νον οὖν κατὰ τὸν Ἑρμαγόραν οὕτως ὁρίσασθαι· στάσις ἐστίν, καθ' ἣν etc Cf. Max. Planud. prolegg. stat. Walz. V. p. 228. sqq. Eodem redit ea definitio, quam Cic. d. inv. I. 10. 13 Hermagorae tribuit; placet ipsi, inquit, constitutionem esse intentionis depulsionem. Cf. Auct. ad Herenn. I. II. 18. Est, quam nostri icti dicunt litis contestationem.

2) Quinct. III. 6. 55. III. 5. 4. „Illud iam omnes fatentur, esse quaestiones aut in scripto aut in non scripto. In scripto sunt de iure, in non scripto de re. Illud legale, hoc rationale genus Hermagoras atque eum secuti vocant, id est νομικὸν et λογικὸν. Idem sentiunt, qui omnem quaestionem ponunt in rebus et verbis." (Cf. Spald. T. I. p. 464.) Cic. d. inv. II 40 (Mar. Victorin. p. 220) Cic. de or. I. 31. Topic. 25. 26. Partt. oratt. 38. 39. Auct. ad Herenn. I. II. 12. Aurel. Aug. p. 322 rationales quaestiones sunt, quas Hermagoras λογικὰς vocat. Hermog. περὶ στάσ. p. 12 eum eo sentit: ἤτοι δὲ περὶ πρᾶγμα ἔχει ζήτησιν ἢ περὶ ῥητὸν, κἂν μὲν περὶ ῥητὸν ᾖ νομικὴν ποιεῖ τὴν στάσιν, ἂν δὲ περὶ πρᾶγμα λογικήν.

3) Cf. Cur. Fortunat. p. 60. Capp. „Rationales quot sunt status? secundum Hermagoram quatuor: coniectura, finis, qualitas et relatio."

4) Cf. Aquil. Roman. in Ruhnk. ed. Lupi p. 155: status, quem qualitatis aut ex accidenti appellant secundum Hermagoram.

de appetendis, quae est pars deliberativa, de persona, ea ostenditur laudativa, negotialem, quam πραγματικὴν vocat, in qua de rebus ipsis quaeritur, remoto personarum complexu, — iuridicialem, in qua fere eadem, sed certis destinatisque personis quaerantur. — Legales autem quaestiones has fecit, scripti et voluntatis — ratiocinativum, ambiguitatis, legum contrariarum.“ Sunt igitur quatuor status rationales et quatuor quaestiones legales[1]), aut si omnes communi statuum nomine comprehendimus[2]) octo. Itaque ea, quae apud Sopatr. ad Hermog. artem (Walz. T. V. p. 79) leguntur, ad alium Hermagoram pertinebunt. Nam μέθοδος, inquit, διάφορος παρὰ τῶν ἀρχαίων δέδοται τῶν στάσεων διαιρέσεως· καὶ ὁ μὲν Ἑρμαγόρας ἑπτὰ μόνας στάσεις, στοχασμὸν, πραγματικὴν, ποιότητα, νομικὴν· δικαιολογίαν καὶ μετάληψιν, ἣν τέμνουσιν εἴς τε ἔγγραφον καὶ ἄγραφον· οἱ δὲ μεταγενέστεροι ἕξ· στοχασμὸν, ὅρον (quem a nostro quoque non omissum esse videmus), πραγματικὴν, ἀντίθεσιν, νομικὴν, μετάληψιν. Λολλιανὸς δὲ στοχασμὸν, ὅρον, ποιότητα, μετάληψιν. Quo in loco in Lolliani statuum numero ante μετάληψιν, id quod est νομικὴν vitio quodam scribae excidisse puto. Unum certe statum addendum esse ex schol. in Aphthonium (Walz. T. II. p. 683) sequitur, ubi haec leguntur: Ἑρμαγόρας στάσεις οἶδεν ἑπτὰ, (alium igitur, non nostrum dicit) Λολλιανὸς πέντε etc., quo ex loco, si cum iis, quae apud Sopatr. modo legimus, comparatur, in altero apud eundem commentatorem loco (ad Herm. art. Walz. T. V. p. 9) Λολλιανὸς φαίνεται ἑπτὰ (leg. πέντε) μονὰς στάσεις εἰπὼν καὶ Ἑρμαγόρας μετ' αὐτὸν πέντε (leg. ἑπτὰ) numerum errore quodam conversum esse sequitur. Statum legalem (νομικὴν) autem excidisse, non solum inde concludi potest, quod in antecedentibus idem vocabulum ei, quod est μετάληψιν, praecederet, ita ut oculi librarium fallere possent, sed etiam inde sequitur, quod in quatuor illis statibus nondum is est, ad quem quaestiones legales recte referantur.

Neque Aurel. Aug. verba (p. 21. Capp.) ad nostrum referri poterunt. Nam „sunt igitur, inquit, partes circumstantiae i. e. περιστάσεως septem, quas Hermagoras μόρια περιστάσεως, alii στοιχεῖα τοῦ πράγματος vocant.“ (Cf. Victor. p. 122. Aurel. Aug. p. 322.)

Prorsus autem cum nostro Maxim. Planud. in prolegg. stat. (Walz. T. V. p. 229) consentit, ita ut Hermagorae doctrina inde optime illustretur. In ea re tan-

---

1) Cf. Cic. de inv. I. 8. 10 et 13. 17, unde hic numerus etiam colligi potest. Quinct. III. 6. 55 „Alii pervenerunt usque ad octo“ etc.

2) Hoc plerosque artium scriptores fecisse constat. Cf. Quinct. III. 6. 51. sqq. III. 6. 46.

quum ab Hermagora dissentit, ut duas constitutionis generalis partes, demonstrativam (ἐπιδεικτικὴν) et deliberativam (συμβουλευτικὴν) omittat, eadem procul dubio causa inductus, qua Cic. de inv. I. 9. 12 seqq. pluribus contra nostrum disputavit quod demonstratio et deliberatio, quae sunt genera causarum, non possint recte partes alicuius generis causae putari. Ceterum discrimen quidem inter status rationales et quaestiones legales apud Max. Planud. non est; sed haec nequaquam differentia haberi potest, quum illis partibus omissis numerus et universus ordo idem sit, modo verba, quae apud Max. Planud. (Walz. T. V. p. 29) legimus, recte collocentur et corrigantur. „Τῶν στάσεων αἱ μέν εἰσι λογικαί, αἱ δὲ νομικαί· λογικαὶ μὲν οὖν εἰσιν αἱ ἀνωτάτω τέσσαρες, στοχασμός, ὅρος, ἀντίληψις[1]) (leg. μετάληψις), ποιότης· νομικαὶ δὲ τέσσαρες, ῥητὸν καὶ διάνοια, ἀντινομία, ἀμφιβολία[2]) συλλογισμός· Αἱ μὲν οὖν ῥηθεῖσαι πᾶσαι στάσεις εἴδη εἰσίν, ἡ δὲ ποιότης γένος,[3]) καὶ τέμνεται εἰς πραγματικὴν καὶ δικαιολογικήν, καὶ ἡ μὲν πραγματικὴ εἶδος γίνεται, ἡ δὲ δικαιολογικὴ γένος καὶ διαιρεῖται εἰς δύο, εἴς τε ἀντιληπτικὴν καὶ ἀντιθετικήν· μενούσης δὲ τῆς ἀντιληπτικῆς ἐφ' ἑαυτήν, ἡ ἀντιθετικὴ εἰς τέσσαρα διαιρεῖται· ἀντίστασιν, μετάστασιν, ἀντέγκλημα, συγγνώμην. Ὑφαιρουμένων τοίνυν τῶν τριῶν γενῶν, τῆς τε ποιότητος καὶ δικαιολογικῆς καὶ ἀντιθετικῆς, στάσεις γίνονται αἱ πᾶσαι δεκατρεῖς,[4]) οἷον στοχασμός, ὅρος, ἀντίληψις, ἀντίστασις, ἀντέγκλημα, μετάστασις, συγγνώμη, πραγματική, μετάληψις, ῥητὸν καὶ διάνοια, ἀντινομία, συλλογισμός, ἀμφιβολία."

---

1) Hoc loco μετάληψις, non ἀντίληψις legendum est. Ita enim quarta illa constitutio translativa Graece appellatur (Quinct. IX. 2. 107); ἀντίληψιν (s. assumtivam) autem ipse Max. Planud. deinde aliam, partem iuridicialis constitutionis, appellat; (Quinct. VII. 4. 4 sqq.) et quod maximum est, in sequentibus μετάληψις disertis verbis inter status nominatur. Error autem ita ortus est, ut quoniam in seqq. (p. 230) id quod est, ὅρος statum ἀντίληψις sequitur, ubi propria sua significatione affertur, etiam in antecedentibus scribendum esse putarent.

2) Hoc vocabulum excidisse non solum numerus, qui antea nominatur, quatuor statuum legalium ostendit (ῥητὸν καὶ διάνοια autem unum esse constat), sed etiam quod in seqq., ubi singula explicantur ἀμφιβολίας mentio fit. Ob similitudinem autem verborum ἀντινομίας et ἀμφιβολίας facile fieri potuisse, ut alterum excideret, non est, quod demonstremus.

3) Ἡ ποιότης γένος appellatur, quod non ἐφ' ἑαυτὴν μένει, sed singulas partes habet.

4) Hunc numerum eundem esse, quem noster proposuerit, demonstrativa et deliberativa constitutione sumta, si singulas partes numeramus, deinde videbimus.

Ita hoc loco legendum esse non solum inde sequitur, quod illis tredecim status, quos nominat, non efficiuntur, sed etiam quod πραγματικὴ s. negotialis pars est status generalis, μετάληψις autem propriam constitutionem efficit. Accedit, quod in seqq. ἡ πραγματικὴ et ἡ μετάληψις recte dirimuntur et de utraque per se agitur (cf. p. 335 sqq. et 354 sqq.). Hunc autem meliorem singularum partium ordinem esse et ex antecedentibus et ex tota statuum doctrina sequitur. Neque tamen obliviscendum est, Hermogenem, quem Max. Planud. ante oculos habuit, ἐν μεθόδῳ στάσεων aliter dividere, atque in διαιρέσει. „Ἐν πάσῃ γὰρ διαιρέσει τὰ ἁπλᾶ δεῖ τῶν πολυσχιδῶν προτιθέναι.“ Cf. Max. Planud. schol. ad Herm. stat. (Walz. T. V. p. 335), Sopat. ad Hermog. art. (Walz. T. V. p. 180). Itaque πραγματικὴ (ἅτε μονοειδής τις οὖσα) et μετάληψις secundum διαίρεσιν ante ἀντίληψιν, secundum κατὰ φύσιν αὐταῖς προσήκουσαν τάξιν post συγγνώμην ponendae sunt (Walz. T. V. p. 163).

Quod primum inter constitutiones rationales coniecturalem (στοχασμὸν s. περὶ τῆς οὐσίας, περὶ τῆς γενέσεως) attinet, et ad definitivam (ὅρος, περὶ τῆς ἰδιότητος, περὶ τοῦ αὐτοῦ καὶ ἑτέρου), Cicero in libris de inv. I. 8. 10 — 12 a nostro non dissentit, quam ob rem eius doctrinam non multo fuisse diversam ab illo putamus. Hermagoras item constitutionem coniecturalem nominasse consentaneum est, quum facti est controversia, (Max. Planud. l. l. Ἴδιον στοχασμοῦ τὸ ἀνεύθυνον εἶναι τὸ πραττόμενον, σημεῖον δὲ τινος γενέσθαι ὑπεύθυνον s. (Walz. T. V. p. 231) ἐὰν ἄδηλον ᾖ κατ' οὐσίαν τὸ κρινόμενον, ποιεῖ στοχασμὸν) quoniam coniecturis causa firmatur, definitivam quum nominis, quia vis vocabuli verbis definienda est [1].

Aliter res se habet in constitutione generali, [2]) de qua Cicero (de

1) Cf. Quinct. III. 6. 47. 53 etc. Max. Planud. l. l. p. 230: ὅρον δὲ (sc. ἴδιον) τι λείπειν τι, οὗ προστεθέντος ἀσύστατον γένεσθαι τὸ πρόβλημα, et alius rhet. p. 231 ἐὰν φανερὸν ἐν ἀδήλῳ ὀνόματι, ποιεῖ ὅρον.

2) Hanc constitutionem esse Hermogenes negat et omnes, qui id contenderent, reprehendit. Cf. Marcell. ad Herm. στασ. Walz. T. IV. p. 223. ad verba: καὶ ὄνομα μὲν γενικὸν τούτῳ ποιότης ἐνταῦθα, scholiasta inquit, τοὺς περὶ Ἑρμαγόραν ἐλέγχει· ἐκεῖνος (Hermagoras) μὲν γὰρ στάσιν ἔλεγε κοινὴν τὴν ποιότητα· τὰς δὲ λογικὰς (v. c. συμβουλευτικὴν, ἐπιδεικτικὴν, δικαιολογικὴν, εἴδη τῆς ποιότητος (ὥσπερ ἡμεῖς στοχασμοῦ εἴδη φάμεν τὸ διπλοῦν καὶ ἁπλοῦν ὡσαύτως καὶ ὅρου) ἀκριβέστερον δὲ Ἑρμογένης κοινὸν ὄνομα τὴν ποιότητα εἶχεν τῶν κατὰ ποιότητα ἐξεταζομένων. Cf. Sopat. ad Herm. art. (Walz. T. V p. 90). Ita ubique eos status, quibus aliquot genera subiiciuntur, non status, sed nomina generalia

inv. I. c. 9. 12. — c. 11) pluribus contra nostrum disputavit. Generis est controversi Cicero inquit, — quantum et cuiusmodi et omnino quale sit, quaeritur. „Huic gene Hermagoras partes quatuor supposuit, deliberativam, demonstrativan iuridicialem, negotialem. Quod eius, ut nos putamus, non mediocre peccatu reprehendendum videtur.“ Propterea autem potissimum demonstrationem et delibera tionem male partes illius constitutionis putari dixit, quod, si deliberatio et demonstrati genera essent causarum, ut Hermagoras ipse concederet, [1]) non possent recte partes alicuiu generis causae haberi. Eadem enim res, inquit, eidem genus esse et pars non potest.

Tota autem Ciceronis acuta et ingeniosa expositio ea, quae supra de ingeni Hermagorae in universum monuimus, certo exemplo illustrat; Hermagoram prae nimi studio, omnia in certum ordinem redigendi, partemque generi et genus parti subiiciendi, prae nimia deinde in singulis subtilitate, et diligentia, in minutissimis rebus saepe conspicua, in id vitium incidisse, ut nonnunquam perperam genus cum parte et contra confunderet, et generalia singularum causa negligeret. Hac re Westermanni quoque opinionem niti consentaneum est, quem l. l. T. I. p. 181 haec de H. nostro disputantem legimus: Hermagoras aus Temnos, welcher im Eifer, ein wohlgeordnetes Fachwerk aufzustellen, den praktischen Gesichtspunkt aus den Augen verlor. Nam quod ubique et inprimis in illa divisione causae et quaestionis factum videmus, id Hermagorae quoque accidit, ut duas plerumque partes constitueret, alteram universalem, alteram singularem. Has autem partes non semper potuisse distingui, immo plerumque, quod in altera dictum esset, in altera repeti necesse fuisse patet. At si quaerimus, unde potissimum factum sit, ut illud peccatum committeret, quum deliberationem et demonstrationem partes constitutionis generalis esse diceret, Hermagoram, quum omnem animum ad genus iudiciale adverteret, et deliberativi et demonstrativi paene esse oblitum concedamus; quod eo facilius fieri poterat, quo magis tota constitutionum et quaestionum [2]) doctrina ad iudicia potius et iurisconsultos in criminum intensione aut depulsione versantes, quam ad deliberationes et demonstrationes pertineret.

---

habuisse videtur, quae apud eius commentatores quoque, ut apud Max. Planud, non numerantur.

1) Cf. Sopat. ad Hermog. στασ. Walz. T. IV. p. 63. ὁ μὲν Ἑρμαγόρας οὕτω διαιρεῖ· etc. ὅλου δὲ τῆς ῥητορικῆς τὸ δικανικὸν καὶ συμβουλευτικὸν καὶ πανηγυρικὸν μέρη δὲ τοῦ δικανικοῦ κατηγορία καὶ ἀπολογία. Cf. Cic. d. inv. I. 5. 17.

2) Τὸ γὰρ πανηγυρικὸν, ut schol. (Walz. T. V. p. 16) verbis utar, οὐ ζήτημα, ἀλλὰ αὔξησις ὁμολογουμένου ἀγαθοῦ.

Tres illas praecipuas quaestiones, an sit, quid sit, quale sit, quas ipsa natura praescripserat,[1]) Graeci serioris temporis in multas partes distribuerant, ita tamen, ut quod Cicero recte Hermagorae exprobrat, numerus constitutionum duplicaretur, non vis constitutionis augeretur. Nam quod ubique non solum in artibus et litteris, sed etiam in omni fere vitae humanae conditione committunt, ut ab universis profecti ad singula homines transgrediantur, summamque rerum saepe negligant, id in dicendi quoque arte factum est, quum rhetores in distributionibus et partitionibus, suppositione et compositione sibi placuisse videantur, donec alii, ut Cicero, qui ipse in libris suis rhetoricis etiam Graeca illa exempla secutus esset, in egregiis de oratore libris ceterisque ad veram oratoris speciem reverterunt.

Sed quum artem Hermagorae ex fontibus haustam potius componere, quam recensere, et quid in ea sit vel vituperandum vel laudandum quaerere, mihi propositum sit, ad alteras constitutionis generales partes, negotialem et iuridicialem, transire licebit, praesertim quum Quinctilianus Ciceronem in loci negotialis interpretatione esse lapsum, Hermagoraeque definitionem ei, quam Cicero proposuerit, praeferendam esse, demonstrasse videatur. Nam si Quinctiliano (Inst. or. lib. III. 6. 57) fidem habemus, Hermagoras partem negotialem (*πραγματικὴν*[2]) eam dicit „in qua de rebus ipsis quaeritur, remoto personarum complexu[3]), ut sitne liber, qui est in assertione? an divitiae superbiam pariant? an iustum quid, an bonum sit.“ Hoc in loco igitur Quinctilianus „nec me fallit, inquit, in primo Ciceronis rhetorico (I. II. 14) aliam esse loci negotialis interpretationem, quum ita scriptum sit, „Negotialis est, in qua quid iuris ex civili more et aequitate sit, consideratur: cui diligentiae praeesse apud nos

---

1) Quinct. III. 6. 80 sqq.

2) De hac constitutione Hermagoras *ὁ νεώτερος* (Max. Planud. schol. ad Hermog. stat. Walz. T. V. p. 338) singulari libello egisse dicitur. *Ἰστέον δὲ, ὡς Ἑρμαγόρας ὁ νεώτερος καὶ Μητροφάνης ἰδίᾳ περὶ πραγματικῆς μονόβιβλον ἑκάτερος συντάξαντες ὡς γένη παραλαμβάνουσι τὸ ἔγγραφόν τε καὶ ἄγραφον· εἰς εἴδη γὰρ ἑτέραν τομὴν ἐποιήσαντο· ἀλλ' ὁ μὲν Ἑρμαγόρας οὐ μέχρι πολλῶν, ὁ δὲ Μητροφάνης ἄχρι πέντε καὶ εἴκοσι προῆλθεν εἰδῶν* etc.

3) Cf. Max. Planud. ad stat. Herm. (Walz. T. V. p. 335) *πραγματικὴ ὠνόμασται καθότι πάντων ἐστὶ περιεκτικὴ τῶν πραγμάτων, τὰ τελικὰ τῶν εἰδῶν τῆς ῥητορικῆς λαβοῦσα κεφάλαια, τὸ δίκαιον, τὸ συμφέρον, καὶ τὸ καλὸν* etc. Cf. Sopat. ad Hermog. art. Walz. T. V. p. 180 sqq.

iurisconsulti existimantur. Sed quod ipsius de his libris iudicium fuerit, supra dixi[1] — et si qua est in his culpa, tradentis est, sive eum movit, quod Hermagoras prim in hoc loco posuit exempla ex quaestionibus iuris, sive quod Graeci πραγματικοὺ vocant iuris interpretes." Cf. Spald. ad Quinct. III. 6. 59. T. I. p. 519 sqq. Lex. Tech Gr. p. 276. Unde videmus, Hermagoram, ut omnes fere artium scriptores, in libris sui omnia, quae docuerit, exemplis illustrasse; id quod et ipsum ad imaginem quandam arti Hermagoreae animo nostro imprimendam multum facere videtur. Cf. Quinct. V. 9. 12.

Ceterum partem iuridicialem (δικαιολογικὴν) ab Hermagora quoque in dua partes, absolutam (ἀντίληψιν) et assumptivam (ἀντίθεσιν), quas Cicero de inv I. 11. 15 nominat, distributam esse extra ullam dubitationem positum est.[2]) Absolutae porro et ipse quatuor partes, concessionem (συγγνώμην) cum purgatione e deprecatione, remotionem criminis (μετάστασιν), relationem (ἀντέγκλημα), e comparationem (ἀντίθεσιν) constituit. Hoc non solum ex Quinct. lib. III. 6. 53, qu „Alii sex, inquit, putant status — et translationem, cuius ad hoc novum nomen inventum est μετάστασις, novum, inquam, in statu, alioqui ab Hermagora inter species iuridiciales usitatum," sequitur, ubi relationem sive remotionem criminis, μετάστασιν, ab Hermagora inter species iuridiciales fuisse habitam videmus,[3]) sed etiam ex lib. VII. 4. 4 sqq., qui locus totum huius rei argumentum continet. Nam „defensio, Quinctilianus hoc loco inquit, longe potentissima est, qua ipsum factum, quod obiicitur, dicimus honestum esse. — Partem hanc vocant Hermagorei κατ' ἀντίληψιν, (ad intellectum id nomen referentes).[4]) Latine ad verbum translatum non invenio, absoluta appellatur." — Spalding. ad Quinct. VII. 4. 4. T. III. p. 108 sqq., quemadmodum mea saltem fert opinio, recte quidem putat ἀντίληψιν a Graecis propter similitudinem μεταλήψεως esse dictam; „versatur enim utraque in tuendo reo, qui factum non infitiatur." In eo tamen erravit vir doctissimus, quod hoc loco κατὰ μετάληψιν legendum esse censet. Ex sequentibus enim causam assumtivam huic absolutae opponi intelligimus. Utraque autem pars constitutionis iuridicialis est (Sopat. ad Hermog. art. Walz. T. V. p. 163), quarum altera (ἀντιληπτικὴ) in singulas partes

---

1) III. 6. 64.

2) Cf. Max. Planud. ad Hermog. Walz. T. V. p. 229.

3) Cf. Aquil. Rom. in Ruhnk. ed. Lup. p. 155 „Metastasis — species quaedam eius status, — quem qualitatis appellant secundum Hermagoram."

4) Walz. Rh. Gr. T. V. p. 231. ἐὰν ἐξουσίαν νόμου ἢ φύσεως ἢ τέχνης ἢ ἔθους προβάληται, ποιεῖ ἀντίληψιν. Cic. de inv. I. 11. 15.

non amplius distribuitur, altera ea genera habet, quae a Quinctiliano deinde afferuntur. (Cf. Max. Planud. ad Hermog. stat. Walz. T. V. p. 229.) Verba: ad intellectum id nomen referentes autem equidem glossema redolere opinor. Poterat enim alicui mirum videri, cur Quinctilianus dixerit, se Latine ad verbum translatam hanc partem non invenire. Itaque quum Graecum vocabulum ἀντιλαμβάνεσθαι Latinorum vocabulo intelligendi respondere (cf. Cic. de inv. III. 6. 21 et Max. Planud. Walz. T. V. p. 252) sciret, ipse ille verba κατ' ἀντίληψιν in Latinum sermonem transtulit, et ea, quae legimus: ad intellectum apposuit. (Simili modo alterum glossema κατὰ διάνοιαν ortum esse videtur.) Quae quum postea ipsa Quinctiliani verba esse existimarentur, explicationis causa ea, quae sequuntur: id nomen referentes ab aliquo addita sunt. Hoc modo verba ita scripta: Partem h. v. H. κατ' ἀντίληψιν. Latine ad verbum etc. optime iis conveniunt, quae deinde legimus: id vocant κατ' ἀντίθεσιν. Latine hoc quoque etc. At si quis quaerat, cur hoc ultimo loco nullum eius generis glossema inveniatur, ea mihi causa videtur esse, quod illo in loco verbis: „Latine ad verbum translatum non invenio" aliquis ad doctrinam suam ostentandam quasi provocari poterat. — Sed pergamus in ipsa artis descriptione. „Alterum est defensionis genus, in quo factum per se improbabile assumptis auxiliis tuemur: id vocant κατ' ἀντίθεσιν. Latine hoc quoque non ad verbum transferunt, assumptiva enim dicitur causa. In quo genere fortissimum est — ἀντέγκλημα.[1]) Est et illa ex causis facti ducta defensio — in qua — defenditur — ex aliqua utilitate aut reipublicae, aut hominum multorum etc. Hoc genus ἀντίστασις Graece nominatur;[2]) comparativum nostri vocant." —

Sequitur μετάστασις[3]) (alii libri μετάθεσιν exhibent), relatio criminis, de

---

1) Walz. Rh. Gr. T. V. p. 231 ἐὰν ἐγκαλῇ, ὡς ἄξιῳ παθεῖν τῷ πεπονθότι, ἃ πέπονθε, ποιεῖ ἀντέγκλημα. Cf. Cic. d. inv. I. 11. 15.

2) Walz. Rh. Gr. T. V. 231. ἐὰν ἑκών τις ἔβλαψεν, ἐπ' ἐλπίδι τῆς συμβαινούσης εὐεργεσίας ποιεῖ ἀντίστασιν. Max. Planud. l. l. p. 230. Cic. de inv. I. 11. 15.

3) Cf. Max. Planud. l. l. Walz. T. V. p. 230 μεταστάσεως (ἴδιον) ὁμολογεῖν μὲν τὸ ἀδίκημα, ἕτερον δὲ ποιεῖν ὑπεύθυνον τῷ τολμήματι. Cic. de inv. I. 11. 15. Μετάστασις autem etiam μετάθεσις appellata est. Cf. Max. Planud. schol. ad stat. Hermog. p. 279. Hanc μετάθεσιν τῆς αἰτίας οἱ Ἑρμαγόρειοι χρῶμα καλοῦσι· λύει δὲ τὴν μετάθεσιν τῆς αἰτίας ὁ κατήγορος ὡς τὰ πολλὰ μεταλληπτικῶς. Schol. minora in στάσ. Walz. l. l. T. VII. p. 808. not. Eodem modo μετάληψις a Rutilio inter

quae supra iam paucis monuimus. „Exclusis quoque his excusatio (συγγνώμη) super est. [1]) Ea est aut ignorantiae — aut necessitatis — Fortuna quoque saep substituitur culpae — Ultima est deprecatio.“ Quae omnia doctrinae Hermagorae con venire ex comparatione cum iis, quae Cicero, Hermagoram secutus, de his scripsit, statin intelligemus. Quod vero ad ordinem singulorum causae generum assumptivae attinet Hermagoras, ut Ciceroni (de inv. I. 11. 15) quoque, ei hac in re consentienti, visum est, συγγνώμην primo loco posuisse videtur. Itaque idem fere ordo est, quem Sopat. ad Hermog, art. Walz. T. V. p. 173 et 174 Hermagorae attribuit: Τὰς ἀντιθετικὰς enim inquit, — πολλοὶ τῶν τεχνικῶν, διῃρημένως ἐμελέτησαν, καὶ τάξιν ταύτην ἔταξαν· ὁ μὲν Μινουκιανὸς ἀντίστασιν πρώτην, εἶτα μετάστασιν, εἶτα ἀντέγκλημα, εἶτα καὶ συγγνώμην. — Ὁ δὲ Ἑρμαγόρας ἀνέτρεψε τὴν τάξιν, καὶ τὴν μὲν συγγνώμην πρώτην πάντων μελετᾷ, τούτῳ τῷ λόγῳ λέγων, ὅτι ἐν ταύταις μόναις ταῖς στάσεσιν ὁμολογεῖ ὁ φεύγων ἠδικηκέναι· δεῖ οὖν ὁμολογουμένου ἀδικήματος ὄντος πρῶτον καταφεύγειν ἐπὶ συγγνώμην, καὶ δευτέραν τὴν ἀντίστασιν ἐπ' εὐεργεσίαν χωροῦσαν· ἐπ' αὐτὴν δὲ τὴν μετάστασιν ἐφ' ἕτερον ἄγουσαν τὴν αἰτίαν· καὶ τελευταῖον τὸ ἀντέγκλημα ἀναίσχυντον, ὄν· ἐπὶ γὰρ ὁμολογουμένῳ κακῷ εἰπεῖν ἄξιον εἶναι παθεῖν ταῦτα δυσχερὲς καὶ οὐχ ἱκανὸν πεῖσαι τὸν ἀκροατήν. —

Quartae denique constitutionis, quam translativam [2]) (μετάληψιν) nominant, Hermagoram existimari inventorem supra iam monitum est. „Translationem hic (Hermagoras) primus omnium tradidit, quamquam semina eius quaedam citra nomen ipsum apud Aristotelem inveniuntur.“ Cf. Quinct. III. 6. 60 et IX. 2. 107 (ubi de figuris

---

lumina sententiarum (σχήματα) habita est. Quinct. IX. 2. 66 sqq. Utraque enim et μετάθεσις et μετάληψις in figuratis, quae vocantur, controversiis potissimum locum habuisse videtur. Διαφέρει δὲ ἡ μετάθεσις, ut Maxim. Planud. verba (Walz. T. V. p. 280) addam, πρὸς τὴν ἀντίληψιν, ὅτι ἐκείνη μὲν τὰ πεπραγμένα ἐξεῖναι λέγει — ἡ δὲ μετάθεσις οὐκ ἐπὶ τῶν πεπραγμένων, ἀλλὰ τῶν ὑπονοουμένων γίνεται.

1) Max. Planud. l. l. Walz. T. V. p. 230 συγγνώμης (ἴδιον) ὁμολογεῖν μὲν τὸ ἀδίκημα, φάσκειν δὲ, δεῖν συγγνώμης τυχεῖν. Cic. de inv. I. 11. 15.

2) Walz. T. V. p. 231. Ἐὰν περιστατικὸν αἰτιᾶταί τι καὶ τῷ πράγματι συγχωρῇ, ποιεῖ μετάληψιν. Max. Planud. l.l. p. 230. τὸ περιστατικὸν ἔχειν πλέον τοῦ πεπραγμένου p. 354 sqq. Sopat. ad Hermog. art. Walz. T. V. p. 190 seqq. Cic. de inv. I. 11. 16.

et tropis agitur) „μετάληψιν, quo statu Hermagoras utitur“ (Cic. d. inv. I. 11. 15). „Postea autem ab hoc inventam, Cicero l. l. inquit, multi reprehenderunt, quos non tam imprudentia falli putamus (res enim perspicua est), quam invidia et obtrectatione quadam impediri.[1]) Quo ex Ciceronis loco, quanta primum Hermagorae disciplina suffragia tulerit, bene intelligere possumus, a qua artis ratione post multorum demum annorum experientiam in dispositione et rerum collectione declinarent. Sed idem, quod saepe nostri saeculi philosophis, ei accidisse dixerim, quorum auditores, quum sagacitate et eruditione magistrorum doctrinaeque novitate decepti summa laude eorum artem cumulaverint, nec omnino verius vel melius quid inveniri posse existimarint, deinde aetate provectiores, si mens adoleverit, viresque et iudicium magis corroboratum sit, respuere solent, quod falsae speciei imaginem pro vero perperam habuerint. Ita et Cicero, qui translationem ceteris statibus additam rem esse perspicuam summa confidentia dixerat, in pulcherrimis de oratore libris, (I. 14. I. 31) quos rhetoricorum in locum succedere voluit, omnino ista omnium communia et contrita praecepta neglexit, nec in partitionibus oratoriis, (c. 29) serioris aetatis opere, ubi breviter artis partes composuit, translationis mentionem iniecit, sed coniecturam tantummodo, definitionem et rationem commemoravit. Similis est Martiani Capellae[2]) sententia, qui „sed ne forsan moveas, inquit, quod praetereo quartum statum, quem Hermagoras invenit, subtilior ratio est, eum non statum, sed partem dicere qualitatis, quod in eius expositione monstrabo.“ Neque tamen defuere, qui Hermagoram sequerentur, inter quos ex Graecis rhetoribus fere omnes[3]), e Latinis Cassiodorus[4]), Sulpicius Victorinus[5]), Isidorus[6]), Curius Fortunatus[7]), et prae ceteris Aurelius Augustinus[8]) nominandi sunt, cuius verba adscripsisse non inutile erit. „De quarta (sc. constitutione) magna contentio est, an induci in iudicium debeat. Plerique negant esse eam, quando id agant, ne res possit venire in quaestionem. Sed inter omnes Hermagorae praecellit

1) Aliter autem Quinctilianus sentit, qui lib. III. 6. 66 „secundum plurimos, inquit, auctores servabam tres rationales status, coniecturam, qualitatem, finitionem (cf. III. 6. 80).

2) Lib. V. §. 444. ed. Kopp.

3) In primis Hermogenes est, qui μετάληψιν statum habet.

4) p. 337. Capp.

5) p. 230.

6) II. 2.

7) p. 45.

8) p. 322.

auctoritas, qui et quaestionem putat, et inprimis necessariam, et agitari in foro multum et adhibendam etiam in ceteris statibus primo statim congressu, si causae conditio patiatur. Quod controversiae genus Hermagoras μετάληψιν appellat."

Quibus causae constitutionibus consideratis ad quaestiones legales (νομικάς), quae ordine sequuntur, transeamus, scripti scilicet et voluntatis (ῥητοῦ καὶ διανοίας), ratiocinativum (συλλογισμοῦ), ambiguitatis (ἀμφιβολίας), legum contrariarum (ἀντινομίας).[1] Illam scripti et voluntatis quaestionem ipse Hermagoras vocavit κατὰ ῥητὸν καὶ ὑπεξαίρεσιν (Quinct. l. l.) id est dictum et exceptionem, quorum prius ei cum omnibus cummune est, exceptionis nomen minus usitatum.[2] Reliqua autem, ἀντινομίαν s. contentionem legum contrariarum, ἀμφιβολίαν s. ambiguitatem et συλλογισμὸν s. ratiocinativum vel collectivum Hermagorae cum aliis communia fuisse videmus. Ipsi autem eas legales potius quaestiones dici placuisse, quum plerique status appellarent,[3] Quinctilianus disertis verbis affirmat.[4] Μετάληψιν autem sive translativam, transumtivam, transpositivam, quam alii ad quaestiones legales addiderunt,[5] nostrum inter status rationales retulisse vidimus. Contra Quinctilianus, qui et ipse translationem antea unius illius status legalis, praeter tres illos rationales constituti, speciem esse dixerat, postea omnino eam ex iis removit; „frequentur quidem, inquit, (sicut omnes, qui me secuti sunt, meminisse possunt) testatus et in ipsis etiam illis sermonibus, me nolente vulgatis, hoc tamen complexus, vix in ulla controversia translationis statum posse reperiri, ut non et alius in eadem recte dici videretur; ideoque a quibusdam eum exclusum. Neque ignoro multa transferri. — Sed personae, tempora, actiones, ceteraque propter aliquam causam transferuntur: ita non est in translatione quaestio, sed in eo, propter quod transferuntur."[6] —

Paullo aliter, sed ita tamen, ut Hermagorae doctrinam in singularum partium ordine sequeretur, Cicero de inv. I. 13. 17 rem sibi finxit, quem constitutione causae reperta primum considerare videmus, utrum causa simplex sit, an

---

1) Quinct. III. 6. 61.

2) Vulgo enim scripti et voluntatis quaestionem ῥητὸν καὶ διάνοιαν appellabant. Quinct. III. 6. 46.

3) Quinct. III. 6. 46.

4) Quinct. III. 6. 61.

5) Quinct. III. 6. 46.

6) Quinct. III. 6. 63 sqq.

et tropis agitur) „μετάληψιν, quo statu Hermagoras utitur" (Cic. d. inv. I. 11. 16). „Postea autem ab hoc inventam, Cicero l. l. inquit, multi reprehenderunt, quos non tam imprudentia falli putamus (res enim perspicua est), quam invidia et obtrectatione quadam impediri. [1]) Quo ex Ciceronis loco, quanta primum Hermagorae disciplina suffragia tulerit, bene intelligere possumus, a qua artis ratione post multorum demum annorum experientiam in dispositione et rerum collectione declinarent. Sed idem, quod saepe nostri saeculi philosophis, ei accidisse dixerim, quorum auditores, quum sagacitate et eruditione magistrorum doctrinaeque novitate decepti summa laude eorum artem cumulaverint, nec omnino verius vel melius quid inveniri posse existimarint, deinde aetate provectiores, si mens adoleverit, viresque et iudicium magis corroboratum sit, respuere solent, quod falsae speciei imaginem pro vero perperam habuerint. Ita et Cicero, qui translationem ceteris statibus additam rem esse perspicuam summa confidentia dixerat, in pulcherrimis de oratore libris, (I. 14. I. 31) quos rhetoricorum in locum succedere voluit, omnino ista omnium communia et contrita praecepta neglexit, nec in partitionibus oratoriis, (c. 29) serioris aetatis opere, ubi breviter artis partes composuit, translationis mentionem iniecit, sed coniecturam tantummodo, definitionem et rationem commemoravit. Similis est Martiani Capellae [2]) sententia, qui „sed ne forsan moveas, inquit, quod praeterea quartum statum, quem Hermagoras invenit, subtilior ratio est, eum non statum, sed partem dicere qualitatis, quod in eius expositione monstrabo." Neque tamen defuere, qui Hermagoram sequerentur, inter quos ex Graecis rhetoribus fere omnes [3]), e Latinis Cassiodorus [4]), Sulpicius Victorinus [5]), Isidorus [6]), Curius Fortunatus [7]), et prae ceteris Aurelius Augustinus [8]) nominandi sunt, cuius verba adscripsisse non inutile erit. „De quarta (sc. constitutione) magna contentio est, an induci in iudicium debeat. Plerique negant esse eam, quando id agant, ne res possit venire in quaestionem. Sed inter omnes Hermagorae praecellit

1) Aliter autem Quinctilianus sentit, qui lib. III. 6. 66 „secundum plurimos, inquit, auctores servabam tres rationales status, coniecturam, qualitatem, finitionem (cf. III. 6. 80).

2) Lib. V. §. 444. ed. Kopp.

3) In primis Hermogenes est, qui μετάληψιν statum habet.

4) p. 337. Capp.

5) p. 230.

6) II. 2.

7) p. 45.

8) p. 322.

auctoritas, qui et quaestionem putat, et inprimis necessariam, et agitari in foro multum, et adhibendam etiam in ceteris statibus primo statim congressu, si causae conditio patiatur. Quod controversiae genus Hermagoras μετάληψιν appellat."

Quibus causae constitutionibus consideratis ad quaestiones legales (νομικὰς), quae ordine sequuntur, transeamus, scripti scilicet et voluntatis (ῥητοῦ καὶ διανοίας), ratiocinativum (συλλογισμοῦ), ambiguitatis (ἀμφιβολίας), legum contrariarum (ἀντινομίας).[1]) Illam scripti et voluntatis quaestionem ipse Hermagoras vocavit κατὰ ῥητὸν καὶ ὑπεξαίρεσιν (Quinct. l. l.) id est dictum et exceptionem, quorum prius ei cum omnibus cummune est, exceptionis nomen minus usitatum.[2]) Reliqua autem, ἀντινομίαν s. contentionem legum contrariarum, ἀμφιβολίαν s. ambiguitatem et συλλογισμὸν s. ratiocinativum vel collectivum Hermagorae cum aliis communia fuisse videmus. Ipsi autem eas legales potius quaestiones dici placuisse, quum plerique status appellarent,[3]) Quinctilianus disertis verbis affirmat.[4]) Μετάληψιν autem sive translativam, transumtivam, transpositivam, quam alii ad quaestiones legales addiderunt,[5]) nostrum inter status rationales retulisse vidimus. Contra Quinctilianus, qui et ipse translationem antea unius illius status legalis, praeter tres illos rationales constituti, speciem esse dixerat, postea omnino eam ex iis removit; „frequentur quidem, inquit, (sicut omnes, qui me secuti sunt, meminisse possunt) testatus et in ipsis etiam illis sermonibus, me nolente vulgatis, hoc tamen complexus, vix in ulla controversia translationis statum posse reperiri, ut non et alius in eadem recte dici videretur; ideoque a quibusdam eum exclusum. Neque ignoro multa transferri. — Sed personae, tempora, actiones, ceteraque propter aliquam causam transferuntur: ita non est in translatione quaestio, sed in eo, propter quod transferuntur."[6]) —

Paullo aliter, sed ita tamen, ut Hermagorae doctrinam in singularum partium ordine sequeretur, Cicero de inv. I. 13. 17 rem sibi finxit, quem constitutione causae reperta primum considerare videmus, utrum causa simplex sit, an

---

1) Quinct. III. 6. 61.

2) Vulgo enim scripti et voluntatis quaestionem ῥητὸν καὶ διάνοιαν appellabant. Quinct. III. 6. 46.

3) Quinct. III. 6. 46.

4) Quinct. III. 6. 61.

5) Quinct. III. 6. 46.

6) Quinct. III. 6. 63 sqq.

iuncta; et si iuncta, utrum sit ex pluribus quaestionibus iuncta, an ex aliqua comparatione [1]) „Deinde, inquit, considerandum est, in ratione an in scripto sit controversia. Huius autem genera, quae separata sunt a constitutionibus quinque sunt; — primum de scripto et sententia, secundum ex contrariis legibus, tertium abiguum, quartum ratiocinativum, quintum definitivum nominamus.“ Quod ultimum Hermagoras eam ob causam omisisse videtur, quod ut de translativo in tertio, ita de definitivo in secundo statu ageretur. Quinctilianus vero, qui prius quatuor tantum status generales, tres rationales et unum legalem servaverat, postea quinque illas species, ut ipsi visum est, status legalis ad quaestionum genus retulit. [2]) Qua occasione data, quod mutati consilii excusandi causa profert „neque tamen quicquam ex his, quae tum praecepi, supervacuum fuit; ad easdem enim particulas haec quoque, quae nunc praecipiam, revertentur; — colligere tantum eadem, ac disponere paullo significantius conor,“ id, inquam, etiam de hac rhetorum constitutionis et quaestionis differentia dici potest. Quo magis ars, quippe quae virorum doctorum eorumque nimis subtilium studia exerceret, a fori negotiis remota est: eo magis certo fundamento caruit, et alii aliter pro sua sententia eloquentiam eiusque partem constituerunt, praesertim quum apud Graecos inde a tempore Demetrii Phalerensis sterilis illa et arida ratio invaleret. [3]). Profecto autem sterilem quendam adspectum talem statuum doctrinam praebere, hac quasi tabula, quam perspicuitatis causa adscripsimus, magis etiam patebit.

Ad primam igitur partem rhetoricae, cuius materiam, in tribus illis generibus conspicuam, in causam (ὑπόθεσιν) et quaestionem (θέσιν) dividit, ad εὕρεσιν sive inventionem pertinent:

A. Status rationales (στάσεις λογικαὶ) et

I. prima quidem constitutio est coniecturalis (στοχασμὸς s. περὶ τῆς οὐσίας, περὶ τῆς γενέσεως),

II. secunda — — definitiva (ὅρος s. περὶ τῆς ἰδιότητος, περὶ τοῦ αὐτοῦ καὶ ἑτέρου),

III. tertia — — generalis (ποιότης, qualitas, κατὰ συμβεβηκότα), cuius est:

---

1) Quo loco Hermagoras haec posuerit, deinde videbimus.

2) Quinct. III. 1. 67.

3) Ruhnken. hist. crit. p. XLXI. Quinct. II. 4. 76. VIII. pr. 3.

1) prima pars: deliberativa (συμβουλευτική),
2) secunda — demonstrativa (ἐπιδεικτική),
3) tertia — iuridicialis (δικαιολογική). Haec dividitur in:
a, absolutam (κατ' ἀντίληψιν s. ἀντιληπτικὴν),
b, assumtivam (κατ' ἀντίθεσιν s. ἀντιθετικήν).

Eius partes sunt:

α. concessio (συγγνώμη), quae est aut:
1, purgatio propter
a, imprudentiam
b, casum
c, necessitatem, aut
2, deprecatio (προπαραίτησις),
β. remotio (μετάστασις) et
1, causae et
2, facti,
γ. relatio (ἀντέγκλημα),
δ. comparatio (ἀντίστασις s. μετάθεσις).

IV. Quarta pars est negotialis (πραγματική).

B. Quaestiones legales (ὑποθέσεις νομικαί), quae sunt
I. scripti et voluntatis (κατὰ ῥητὸν καὶ ὑπεξαίρεσιν s. διάνοιαν, de scripto et sententia),
II. ratiocinativum (συλλογισμὸς),
III. ambiguum (ἀμφιβολία) et
IV. legum contrariarum (ἀντινομία).

Inter status rationales et quaestiones legales autem Hermagoras id egisse videtur, ut quaereret, utrum causa esset simplex an iuncta, et si iuncta, utrum esset ex pluribus quaestionibus iuncta, an ex aliqua comparatione.[1]) Eodem modo Quinctilianus, quem hac in re Hermagorae vestigia secutum esse putamus,[2]) statuum doctrina absoluta, causaeque genere cognito „ceterum causa omnis, in qua pars altera agentis, altera recusantis, inquit, aut unius rei controversia constat,

1) Cic. d. inv. I. 12. 17. Quinct. III. 10. 1. sqq.

2) Hoc ex ipso rerum progressu inde a lib. III. c. 6 usque ad finem lib. III., si ea, quae in Ciceronis rhetoricis legimus, licet comparare, sequi videtur.

ut plurium. Haec simplex dicitur, illa coniuncta. — Diversum his tertium genus comparativum" [1]).

Quod vero ad discrimen attinet, ab Hermagora inter status rationales et quaestiones legales constitutum, has esse dixit, ubi non rationis, sed scripti controversia esset, sive ubi quaestio non in aliqua argumentatione, sed in scriptione consisteret. [2]) Quodsi verba ipsa cum sententia scriptoris dissidere viderentur: id quod dictum esset (ῥητὸν) ab eo, quod inde excipi sive intelligi possit, (ὑπεξαίρεσιν) [3]) distinxit. Eodem modo si inter se duae leges aut plures discreparent, ἀντινομίαν, [4]) si id, quod scriptum esset, duas aut plures res significaret, ἀμφιβολίαν, [5]) et si ex eo, quod scriptum esset, aliud quoque, quod non scriptum esset, posset inveniri, συλλογισμὸν [6]) Hermagoras appellavit.

„His inventis, Quinctilianus III. 11. 1 pergit, intuendum deinceps Hermagorae videtur, quid sid quaestio, ratio, iudicatio, continens id est συνέχον, vel, ut alii vocant, firmamentum."

Eo autem sensu Hermagoras et Appollodorus et alii plurimi scriptores quaestiones vocant, „quo significamus summam illam, in qua causa vertitur" [7]) hoc modo: non iure fecisti: iure feci. Ex hac causarum conflictione, in qua constitutio constat, nascitur controversia, quam quaestionem dicimus: iurene fecerit? [8]) Hanc

1) Quinct. III. 10. 1. 3.

2) Cic. d. inv. I. 13. 18.

3) Max. Planud. l. l. Walz. T. V. p. 230 τὸ τὸν μὲν κατηγοροῦντα τῷ ῥητῷ χρῆσθαι, τὸν δὲ φεύγοντα τῇ διανοίᾳ. Ibid. p. 231 ἐὰν νόμου διάνοιαν ἀντιτιθῇ τις τῷ ῥητῷ. Sopat. ad. Hermog. art. Walz. l. l. p. 196 sqq.

4) Walz. T. V. p. 231 ἐὰν νόμον νόμῳ ἀντιτιθῇ τις etc. Sopat. ad Herm. art. Walz. l. l. p. 201 οὐ μόνον νόμοι ποιοῦσιν ἀντινομίαν, ἀλλὰ καὶ ψηφίσματα πρὸς ψηφίσματα.

5) Max. Planud. l. l. ἀμφιβολίας τὸ ἐνὶ ῥητῷ σημαίνειν πλείονα. Sopat. l. l. p. 210.

6) Max. Planud. l. l. συλλογισμοῦ, τὸ τῷ κειμένῳ ῥητῷ κεκωλυμένῳ ἄλλο ἔξωθεν κεκωλυμένον ὅμοιον ἐπιδεικνύναι. Sopat. l. l. p. 206 ὅταν τοῖς γεγραμμένοις τὰ μὴ γεγραμμένα — ἀφομοιοῦντες ταὐτὸν εἶναι λέγωμεν.

7) Quinct. III. 11. 2. Cf. Auct. ad Herenn. I. 16. Cic. Top. c. 25. Partt. oratt. c. 29 sqq Aurel. Aug. p. 323.

8) Cic. d. inv. III. 13. 18.

quaestionem veluti principalem vocant ζήτημα. Rationem, qua id, quod factum esse constat, defenditur, vel causam Hermagoras αἴτιον vocat;[1] iudicationem, quae ex infirmatione et confirmatione rationis oritur controversia, κρινόμενον.[2] Continens denique vel firmamentum (συνέχον,[3] αἴτιον αἰτίου) est, quod ad iudicationem firmissimum affertur."

His omnibus in causa repertis tum denique singulae partes totius causae considerandae sunt,[4] quas septem nostrum, constituisse verisimile est: exordium, quod in duas partes dividitur,[5] principium (προοίμιον)[6] et insinuationem (ἔφοδον), narrationem, quae genera habet septem, primum, διήγησιν, secundum ἀντιδιήγησιν, tertium παραδιήγησιν, quartum ὑποδιήγησιν, quintum καταδιήγησιν, sextum ἐπιδιήγησιν,[7] septimum denique διασκευήν; partitionem vel προηγουμένην διαίρεσιν, confirmationem vel argumentationem, reprehensionem vel ἀντιλογίαν, degressionem s. παρέκβασιν[8]) et conclusionem s. ἐπίλογον. Nam „Hermagoras Cicero (de inv. I. 51. 97) inquit, degressionem deinde, tum postremum conclusionem ponit. In hac autem degressione ille putat oportere quandam inferri orationem a causa atque ipsa iudicatione remotam, quae aut sui laudem aut adversarii vituperationem

1) Aurel. Aug. p. 323.

2) Aurel. Aug. l. l. causam Hermagoras αἴτιον vocat, συνέχον continens; de quo contenditur κρινόμενον. Cf. Quinct. III. 11. 18 „Paullum in his secum etiam Cicero dissentit. Nam in Rhetoricis — Hermagoram est secutus, in Topicis ex statu effectam contentionem κρινόμενον existimat."

3) Cf. Aur. Aug. p. 324. Hoc interdum συνέχον Hermagoras appellat ab eo, quod omnis rei defensio ab illo contineatur. Quinct. III. 11. 9.

4) Cic. de inv. I. 14. 19.

5) Quinct. IV. 1. 42.

6) Quinct. IV. 1. 1. Quod principium Latine vel exordium dicitur, maiore quadam ratione Graeci videntur προοίμιον nominasse.

7) Quinct. IV. 2. 128. Est et quaedam repetita narratio, quae ἐπιδιήγησις dicitur, sane res declamatoria magis, quam forensis, ideo autem reperta, ut, quia narratio brevis esse debet, fusius et ornatius res posset exponi, quod fit vel invidiae gratia vel miserationis.

8) Cf. Lex. Techn. Gr. p. 248. Lat. p. 106. Quinct. IV. 3. 12 sqq. Max. Planud. prolegg. ad Hermog. εὑρεσ. Walz. T. V. p. 366.

ut plurium. Haec simplex dicitur, illa coniuncta. — Diversum his tertium genus comparativum." [1]).

Quod vero ad discrimen attinet, ab Hermagora inter status rationales et quaestiones legales constitutum, has esse dixit, ubi non rationis, sed scripti controversia esset, sive ubi quaestio non in aliqua argumentatione, sed in scriptione consisteret. [2]) Quodsi verba ipsa cum sententia scriptoris dissidere viderentur: id quod dictum esset (*ῥητὸν*) ab eo, quod inde excipi sive intelligi possit, (*ὑπεξαίρεσιν*) [3]) distinxit. Eodem modo si inter se duae leges aut plures discreparent, *ἀντινομίαν*, [4]) si id, quod scriptum esset, duas aut plures res significaret, *ἀμφιβολίαν*, [5]) et si ex eo, quod scriptum esset, aliud quoque, quod non scriptum esset, posset inveniri, *συλλογισμὸν* [6]) Hermagoras appellavit.

„His inventis, Quinctilianus III. 11. 1 pergit, intuendum deinceps Hermagorae videtur, quid sid quaestio, ratio, iudicatio, continens id est *συνέχον*, vel, ut alii vocant, firmamentum."

Eo autem sensu Hermagoras et Appollodorus et alii plurimi scriptores quaestiones vocant, „quo significamus summam illam, in qua causa vertitur" [7]) hoc modo: non iure fecisti: iure feci. Ex hac causarum conflictione, in qua constitutio constat, nascitur controversia, quam quaestionem dicimus: iurene fecerit? [8]) Hanc

---

1) Quinct. III. 10. 1. 3.

2) Cic. d. inv. I. 13. 18.

3) Max. Planud. l. l. Walz. T. V. p. 230 *τὸ τὶν μὲν κατηγοροῦντα τῷ ῥητῷ χρῆσθαι, τὸν δὲ φεύγοντα τῇ διανοίᾳ.* Ibid. p. 231 *ἐὰν νόμου διάνοιαν ἀντιτιθῇ τις τῷ ῥητῷ.* Sopat. ad. Hermog. art. Walz. l. l. p. 196 sqq.

4) Walz. T. V. p. 231 *ἐὰν νόμον νόμῳ ἀντιτιθῇ τις* etc. Sopat. ad Herm. art. Walz. l. l. p. 201 *οὐ μόνον νόμοι ποιοῦσιν ἀντινομίαν, ἀλλὰ καὶ ψηφίσματα πρὸς ψηφίσματα.*

5) Max. Planud. l. l. *ἀμφιβολίας τὶ ἐνὶ ῥητῷ σημαίνειν πλείονα.* Sopat. l. l. p. 210.

6) Max. Planud. l. l. *συλλογισμοῦ, τὸ τῷ κειμένῳ ῥητῷ κεκωλυμένῳ ἄλλο ἔξωθεν κεκωλυμένον ὅμοιον ἐπιδεικνύναι.* Sopat. l. l. p. 206 *ὅταν τοῖς γεγραμμένοις τὰ μὴ γεγραμμένα — ἀφομοιοῦντες ταὐτὸν εἶναι λέγωμεν.*

7) Quinct. III. 11. 2. Cf. Auct. ad Herenn. I. 16. Cic. Top. c. 25. Partt. oratt. c. 29 sqq Aurel. Aug. p. 323.

8) Cic. d. inv. III. 13. 18.

quaestionem veluti principalem vocant ζήτημα. **Rationem**, qua id, quod factum esse constat, defenditur, vel causam Hermagoras αἴτιον vocat;[1] **iudicationem**, quae ex infirmatione et confirmatione rationis oritur controversia, κρινόμενον.[2] **Continens** denique vel firmamentum (συνέχον,[3] αἴτιον αἰτίου) est, quod ad iudicationem firmissimum affertur."

His omnibus in causa repertis tum denique **singulae partes totius causae considerandae** sunt,[4] quas septem nostrum constituisse verisimile est: **exordium**, quod in duas partes dividitur,[5] **principium** (προοίμιον)[6] et **insinuationem** (ἔφοδον), **narrationem**, quae genera habet septem, primum, διήγησιν, secundum ἀντιδιήγησιν, tertium παραδιήγησιν, quartum ὑποδιήγησιν, quintum καταδιήγησιν, sextum ἐπιδιήγησιν,[7] septimum denique διασκευήν; **partitionem** vel προηγουμένην διαίρεσιν, **confirmationem** vel argumentationem, **reprehensionem** vel ἀντιλογίαν, **degressionem** s. παρέκβασιν[8]) et **conclusionem** s. ἐπίλογον. Nam „Hermagoras Cicero (de inv. I. 51. 97) inquit, degressionem deinde, tum postremum conclusionem ponit. In hac autem **degressione** ille putat **oportere quandam inferri orationem a causa atque ipsa iudicatione remotam**, quae aut sui laudem aut adversarii vituperationem

1) Aurel. Aug. p. 323.

2) Aurel. Aug. l. l. causam Hermagoras αἴτιον vocat, συνέχον continens; de quo contenditur κρινόμενον. Cf. Quinct. III. 11. 18 „Paullum in his secum etiam Cicero dissentit. Nam in Rhetoricis — Hermagoram est secutus, in Topicis ex statu effectam contentionem κρινόμενον existimat."

3) Cf. Aur. Aug. p. 324. Hoc interdum συνέχον Hermagoras appellat ab eo, quod omnis rei defensio ab illo contineatur. Quinct. III. 11. 9.

4) Cic. de inv. I. 14. 19.

5) Quinct. IV. 1. 42.

6) Quinct. IV. 1. 1. Quod principium Latine vel exordium dicitur, maiore quadam ratione Graeci videntur προοίμιον nominasse.

7) Quinct. IV. 2. 128. Est et quaedam repetita narratio, quae ἐπιδιήγησις dicitur, sane res declamatoria magis, quam forensis, ideo autem reperta, ut, quia narratio brevis esse debet, fusius et ornatius res posset exponi, quod fit vel invidiae gratia vel miserationis.

8) Cf. Lex. Techn. Gr. p. 248. Lat. p. 106. Quinct. IV. 3. 12 sqq. Max. Planud. prolegg. ad Hermog. εὑρεσ. Walz. T. V. p. 366.

contineat, aut in aliam causam deducat, ex qua conficiat aliquid confirmationis aut reprehensionis, non argumentando, sed augendo per quandam amplificationem. „Hanc si qui partem, Cicero addit, putarit orationis, sequatur Hermagoram licebit, nobis autem non placet, hanc partem in numero reponi, quod de causa degredi nisi per locum communem placet.“ Neque vero Quinctiliano placuit, qui lib. III. 9. 4 „egressio vero, inquit, vel (quod usitatius esse coepit) excessus, sive est extra causam, non potest esse pars causae, sive est in causa, adiutorium vel ornamentum partium est earum, ex quibus egreditur. Nam si, quidquid in causa est, pars causae vocabitur, cur non argumentum, similitudo, locus communis, affectus, exempla partes vocantur.“ Eandem fere ob causam partitionem quoque partem causae esse negavit. „Partitio enim, inquit, (III. 9. 2 sqq.) dispositionis est species, ipsa dispositio pars rhetorices et per omnes materias totumque earum corpus aequaliter fusa, sicut inventio et elocutio. Ideoque eum non orationis totius partem unam esse credendum est, sed quaestionum etiam singularum.“ [1]) Ita etiam in hac partitione Hermagoras in idem vitium incidit, quod Cicero in generalis constitutionis parte deliberativa et demonstrativa reprehendit.

Attamen hac ipsa in re non solum inter Graecos multi erant, qui sequerentur eum, inprimis Hermogenes eiusque asseclae, sed etiam inter Romanos, qui id magis etiam postea amplificarunt. Nam (ut haec Quinctiliani (lib. IV. 3. 1 sqq.) verba addam, quae de nostro quoque quodammodo dici possunt) „plerisque moris est, prolato rerum ordine, [2]) protinus utique in aliquem laetum ac plausibilem locum, quam maxime possint favorabiliter, excurrere. Quod quidem natum ab ostentatione declamatoria, iam in forum venit, postquam agere causas non ad utilitatem litigatorum, sed ad patronorum iactationem repertum est: ne si pressae illa — narrationis gracilitati coniuncta argumentórum pugnacitas fuerit, dilatis diutius dicendi voluptatibus oratio refrigescat. In quo vitium illud est, quod sine discrimine causarum et utilitatis hoc, tamquam semper expediat, aut etiam necesse sit, faciunt: eoque sumtas ex iis partibus, quarum alius erat locus, sententias in hanc congerunt, ut plurima aut iterum dicenda sint,

1) Cf. Max. Planud. prolegg. ad Hermog. εὑρεσ. Walz. T. V. p. 366 καὶ ἁμαρτάνει ὁ ῥήτωρ χρώμενος αὐτῇ.

2) Ipse Hermagoras quidem secundum Ciceronis in libb. rhet. doctrinam degressionem post argumentationem posuit, sed hoc nil facit ad rem. Neque tamen cum hac degressione alterum genus narrationum eiusdem nominis confundere licet. Cf. Cic. de inv. I. 19. 27.

aut quia alieno loco dicta sunt, dici suo non possint. Ego autem confiteor, hoc exspatiandi genus non modo narrationi, sed etiam quaestionibus, vel universis, vel interim singulis, opportune posse subiungi, quum res postulat, aut certe permittit; atque eo vel maxime illustrari ornarique orationem: sed, si cohaeret, et sequitur; non, si per vim cuneatur, et quae natura iuncta erant distrahit etc.“ [1]) At artis magistro vituperationi esse non potest, quod oratores praeceptis suis male usi sint. Profecto non; sed hoc tantum reprehendere licet, quod regulis describere opus esse putarit ea, quae melius naturae relinquerentur.

Quod vero ad primam partem, ad exordium attinet, quatuor figuras materiarum (σχήματα, θέματα) [2]) constituit, quas diligenter oratorem, qui bene exordiri velit, ante cognoscere putavit necesse esse; primum ἔνδοξον (εὔδοξον) honestum, deinde παράδοξον admirabile, tum ἀμφίδοξον anceps, denique ἄδοξον humile. Nam quod ab aliis artium scriptoribus addi solet, δυσπαρακολούθητον obscurum, Hermagoras omisisse videtur, certe apud Aurelium Augustinum nulla eius mentio exstat. Quod autem Hermagoras in ἐνδόξῳ genere materiae negat esse praefandum, [3]) idem fere Ciceroni visum est, quum certe non necessarium esse contendat. [4]) Dissentit vero Aurel. Augustinus, [5]) qui „sed mihi, inquit, longe aliter videtur, et pace tanti viri dixerim. Nihil enim, opinor, mali est, benignos auditores reddere benigniores praefando etc.“

Quae si quis accuratius cognoscere velit, auctoris ad Herennium et Ciceronis libros rhetoricos nec non Quinctiliani institutionum oratoriarum librum III. IV. V. sqq. legat, in quibus inventio ad partes totius orationis refertur, et de dispositione elocutione, memoria et actione uberius disputatur. De his omnibus autem Hermagoram quoque in arte sua egisse, inde apparet, quod Quinctilianus eius passim inter scribendum mentionem fecit. Ita in lib. V. (in quo de argumentatione sermo est) c. 9. 1 „omnis igitur probatio artificialis, inquit, constat aut signis, aut argumentis, aut exemplis. — Eorum autem, deinde (§. 12) addit, quae signa sunt quidem, sed non necessaria (εἰκότα), genus Hermagoras putat, non esse virginem Atlantam, quia cum iuvenibus per silvas vagetur. Quod si receperimus, vereor, ne

1) Dial. de or. c. 19.

2) Cic. de inv. I. 15. 20 genera causarum dicit (figuras controversiarum.)

3) Aurel. Aug. p. 327.

4) Cic. d. inv. I. 15. 20.

5) Aurel. Aug. l. 1.

omnia, quae ex facto ducuntur, signa faciamus." Et de eo **narrationis** genere, in quo non ipsa causa nec omnis ratio controversiae, sed ea, quae extra causam sunt [1]) continentur, quod genus Graeci *ἔκφρασιν* [2]) appellant, in Doxopat. Homil. in Aphthon. Walz. Rh. Gr. T. II. p. 513 legimus „*ἐπεὶ δὲ πάντα τὰ τῶν περιστατικῶν ταῖς ἐκφράσεσιν ὑποπίπτειν χωρὶς τῆς αἰτίας ἀπεφηνάμεθα, φέρεται δέ τις καὶ διαφορὰ πρὸς ἀλλήλους παρὰ τῶν παλαιῶν, τὸν τρόπον* (leg. *τὸν τόπον*) *οἱ μὲν μὴ ἔχειν ὑπόστασιν, μήτε μὴν ἐκφράζεσθαι δυνατὸν ἀπεφαίνοντο, ὡς οἱ περὶ Ἑρμαγόραν τε καὶ Ἀψίνην, οἱ δὲ καὶ αὐτὸν ἀναγκαίως ἐκφράζεσθαι, ὡς οἱ περὶ Θέωνα τὸν Πλατωνικόν.*" Quod quidem ad nostrum pertinere nec affirmari potest, nec negari. Ceterum quaenam *τὰ περιστατικὰ* illa sint, optime ex comparatione Cic. de inv. I. 11. 16 (ubi translativa constitutio ita explicatur, quum aut **quem**, aut **quicum**, aut **quomodo**, aut **apud quos**, aut **quo iure**, aut quo **tempore** agere oporteat) cum Graeca eius status explicatione: *ἐὰν περιστατικὸν αἰτιᾶται*, (Walz. T. V. p. 231) videmus. [3]) Sunt fere eadem, quae nomine „argumentorum loci" satis nota sunt, aut **personae**, aut res, ut **causa**, **tempus**, **locus**, **occasio**, **instrumentum**, **modus** (Quinct. III. 6. 26). Inter hos igitur locos, sive elementa, quae a statibus quidem diversa, in quaque fere totius orationis parte redirent, Hermagoras *τὸν τόπον* [4]) in **descriptione** (s. narratione) omnino non esse dicit.

Reliqua autem, quum in artis rhetoricae descriptionibus non amplius de Hermagorae doctrina disertis verbis a scriptoribus antiquis dicatur, ei cum aliis communia fuisse videntur; neque ea, quae dedimus, totius artis Hermagorae fundamenta et principia in se continere veri dissimile est, quum **inventioni** prae ceteris et potissimum

---

1) Cic. de inv. I. 19. 27.

2) Cf. Lex. Technol. Gr. p. 100. Aphthon. Progymnasm. *ἔκφρασίς ἐστι λόγος περιηγηματικός, ὑπ' ὄψιν ἄγων ἐναργῶς τὸ δηλούμενον*, et schol. ad h. l. *διαφέρει δὲ ἔκφρασις διηγήματος, ὅτι τὸ μὲν ψιλὴν ἔχει τοῦ πράγματος ἔκθεσιν, ἡ δὲ πειρᾶται θεατὰς ἐργάζεσθαι μικροῦ τοὺς ἀκούοντας.*

3) Cf. Max. Planud. prolegg. ad. Hermog. εὑρ. p. 369 *ἔτι λαμβάνεται* (sc. *τὸ προοίμιον*) *καὶ ἀπὸ πάντων τῶν περιστατικῶν· ἀπὸ μὲν προσώπου, ἀπὸ δὲ τοῦ πράγματος — ἀπὸ δὲ τοῦ χρόνου, καὶ ἐπὶ τῶν ἄλλων ὁμοίως.*

4) Ita legendum esse puto, quum **inscriptio** illius loci sit: *καιρούς τε καὶ τόπους* sc. *πῶς ἐκφραστέον*; hanc autem falsam esse, nemo contendet, qui **tempus** et **locum**, non tempus et modum (*τρόπον*) inter se coniungi solere intelliget.

generi iudiciali, quod maximum esse, fere omnes artium scriptores consentiunt, summam operam dedisse videatur.

Quam totam làtius primo fusam rationem, etiamsi Quinctiliano concedamus, esse instituentibus rudes non inutilem, et si non statim rectissima linea tensam, faciliorem tamen et apertiorem viam,[1]) tamen et ipsi eius iudicio subscribimus, quum his verbis disputationi suae de causae constitutionibus etc. finem imposuit:[2]) „Verum haec affectata subtilitas circa nomina rerum ambitiose laboret, a nobis in hoc assumta solum, ne parum diligenter inquisisse de opere, quod agressi sumus, videremur: simplicius autem instituenti non est necesse, per tam minutas rerum particulas rationem dicendi concidere. Quo vitio multi quidem laborarunt, praecipue tamen Hermagoras, vir alioqui subtilis et in plurimis admirandus, tantum diligentiae nimis sollicitae, ut ipsa eius reprehensio laude aliqua non indigna sit. Haec autem brevior, vel ideo multo lucidior via (sc. qua Quinctilianus ingressus est) neque dicentem per ambages fatigabit, nec corpus orationis in parva momenta diducendo consumet etc.“ Unde in nostrum quoque cadere consentaneum est, quod Quinctil. VIII. prooem. 3 de multis dicit, nonnunquam qui diligentissimi artium scriptores exstiterint, ab eloquentia longissime fuisse remotos. Quae opinio non solum Ciceronis verbis,[3]) sed etiam auctoris dialogi de oratoribus[4]) testimonio firmatur, qui „ista vero, inquit, longa principiorum praeparatio et narrationis alte repetita series et multarum divisionum ostentatio et mille argumentorum gradus, et quidquid aliud aridissimis Hermagorae et Appollodori libris praecipitur, in honore erat;“ quem quidem honorem postea demum, quum ars in scholarum spatia se recepisset, et apud Graecos[5]) et apud Latinos[6]) revertisse constat.

---

1) Quinct. III. 6. 83.
2) Quinct. III. 11. 21 sqq.
3) Cic. de inv. I. 6. 8. 9. Brut. c. 76. 78.
4) Dial. d. or. c. 19. Hoc autem in loco de nostro sermonem esse, non solum inde sequitur, quod Hermagoras, ut apud Quinctilianum, cum Apollodoro componitur, sed etiam ex universa artis descriptione, quam modo legimus.
5) Westermann. l. l. T. I. §. 95. 4.
6) Westermann. l. l. T. II. §. 88. 8.

JAHRESBERICHT

über

das Kurfürstliche Gymnasium

von Ostern 1838 bis Ostern 1839.

I. Lehrverfassung.

Uebersicht des im verflossenen Schuljahre Geleisteten.

A. Unterricht in Sprachen und Wissenschaften.

Prima.

Ordinarius: der Director.

In Prima wurde der Unterricht von 8 Lehrern in 32 wöchentlichen Lehrstunden ertheilt.

1. Griechische Sprache. Sechs wöchentliche Lehrstunden. — Prosa: Plato's Dialogen, Meno, Crito und Alcibiades I., grösstentheils mit schriftlicher Uebersetzung. Dr. Münscher. — Poesie: a) Homers Ilias B. XIX. XX. XXI. mit schriftlicher, theilweise metrischer Uebersetzung auserlesener Stellen. b) Sophocles Antigone mit schriftlicher Uebersetzung der Chöre. c) Theocrit's Idyllen (nach Bach's Anthol.) S. 43. 44. 139 — 166., theilweise mit metrischer Uebersetzung. 3 Stunden wöchentlich. Dr. Volkmar. — Mündliche und schriftliche Uebungen im Uebersetzen aus dem Deutschen ins Griechische nach Rost's Anleitung, 3. und 4. Cursus, mit Erläuterungen einzelner Lehren der Syntax nach Buttmann; 1 Stunde wöchentlich. Dr. Münscher.

2. Lateinische Sprache. 9 wöchentliche Lehrstunden. — Prosa: a) Cicero's Reden für Milo und für S. Roscius von Ameria. Tacitus Germania bis Cap. 22., im Sommerhalbjahr 2 Stunden wöchentlich; im Winterhalbjahr 4 Stunden wöchentlich. Die Schriftsteller wurden in dem letzteren lateinisch interpretirt. Dr. Deichmann. c) Im Sommer: Cicero's Bücher von den Pflichten B. I. C. 27. — B. II. C. 9. verbunden mit Disputir - Uebungen. 2 Stunden wöchentlich. Dr. Wiskemann. — Poesie: a) Horatius Oden, B. I. Od. 28 — 38. B. II. und III. Od. 1 bis 16. b) Horatius Episteln, B. II. Ep. 1., mit lateinischer Erklärung und Ueber-

setzung einzelner Oden. Dr. Münscher. — Einzelne Oden erklärte auch der Gymnasial-Hülfslehrer Piderit. — Stylübungen: häusliche Scripten nach Nägelsbach's Uebungen des lateinischen Styls 3. Bändchen; Extemporalien und freie Aufsätze; ferner mündliche Uebungen im Uebersetzen aus dem Deutschen ins Lateinische, nach dem genannten Buche. 2 Stunden wöchentlich. Dr. Münscher.

3. Deutsche Sprache. 3 Stunden wöchentlich. a) Prüfung über den zweiten und dritten Abschnitt der Theorie des Styls nach Snell mit Anwendungen. b) Im Sommer: Wiederholung der Uebersicht der Geschichte der deutschen Sprache mit Hülfe des Grundrisses von Schäfer, durch Prüfung der geübteren Schüler; im Winter: etwas ausführlichere Darstellung dieser Uebersicht bis auf Hans Sachs einschliesslich. c) 1. Lesen und Erklären der beiden Gedichte von Schiller: *Das Mädchen aus der Fremde* und *das Ideal und das Leben,* sowie der Oden von Klopstock: *an Ebert* und *die Welten,* mit Erklärungen, besonders in Hinsicht auf geschichtlichen Zusammenhang, Metrik und Figuren. 2. In beiden Semestern kurze wiederholende Darstellung der Ableitung derjenigen Wörter und Redensarten, deren ausführlichere geschichtliche Entwickeluug nach Ziemann's Lesebuch (1ste Ausgabe) früherhin vorgenommen worden war, mit Hinweisung auf einzelne Sätze aus den übersetzten gothischen, altoberdeutschen und mitteloberdeutschen Stücken für die Geübteren; sodann mündliche Uebersetzung mit geschichtlicher grammatischer Entwickelung der Stücke aus Ziemann's Lesebuch neueste Ausgabe S. 66 der Nibelunge not, LXXXIV, 784 und LXXXV, 795 — 798 einschliesslich, ferner LXXXVIII, 15 — 19; und cursorisch LXXXVI, LXXXVII und LXXXVIII, 20 — 24. 3. Besondere Uebungen im Lesen und Reden mit Vorbereitung und einige wenige Uebungen in Vorträgen über gegebene Sätze ohne Vorbereitung. d) Schriftliche Arbeiten. 1. Von den geübteren Schülern der Classe zwei vollständige Reden mit Dispositionen, zu deren jeder nur der Hauptsatz vorgeschrieben und theils keine, theils nur sehr wenige Anleitung vom Lehrer gegeben wurde und deren eine im Sommersemester von sechs, die andere im Wintersemester von neun Schülern ausgearbeitet wurde. 2. Ein Aufsatz über den Unterschied zwischen poetischer und prosaischer Schreibart, von der ersten, zweiten und einem Theil der dritten Abtheilung der Classe. 3. Von sämmtlichen Schülern der Classe: Dispositionen, Redestücke, kurze Abhandlungen und Aufsätze, zum Theil im didactischen Styl, Uebersetzungen ungebundener Rede in gebundene und gebundener in poetische Prosa, auch etwa zwei dictirte Arbeiten als gegebene Beispiele oder Muster in Hinsicht auf die verfertigten. Dergleichen Arbeiten sind

theils zu Hause, theils unter Aufsicht des Lehrers siebenzehn verfertigt worden. Dr. Kraushaar.

4. Französische Sprache. 2 Stunden wöchentlich. a) Handbuch von Ideler und Nolte, pros. Theil: Erklärung ausgewählter Stücke von Voltaire, Berquin und Marmontel; poet. Theil: Voltaire's Henriade, Gesang I. und Moliere's Tartüffe, alle 5 Acte. 1 Stunde wöchentlich. b) Grammatik nach Hirzel, sowie schriftliches und mündliches Uebersetzen aus dem Deutschen in's Französische, nach dem ebengenannten Buche nebst Extemporalien. 1 Stunde wöchentlich. Dr. Eichenauer.

5. Hebräische Sprache für die künftigen Theologen. 2 Stunden wöchentlich. — Die erste Abtheilung übersetzte in Gesenius Lesebuch von S. 18 — 74, die zweite Abtheilung von S. 1 — 26, die seit Michaelis entstandene dritte Abtheilung von S. 1 — 8. — In der Grammatik wurden die Anfangsgründe vorgenommen und repetirt, ausserdem von den zwei oberen Abtheilungen die regelmässige Declination, die Pronominen und gesammte Conjugationen eingeübt. Dr. Wiskemann.

6. Religionslehre. 2 Stunden wöchentlich. Christliche Sittenlehre mit Rücksicht auf Niemeyer's Lehrbuch. Einleitung, wobei die Geschichte der Sittenlehre insbesondere berücksichtigt wurde; nach Erörterung der nothwendigen psychologischen Vorkenntnisse, der allgemeine Theil der christlichen Sittenlehre. Dr. Münscher.

7. Geschichte. 2 Stunden wöchentlich. a) Im Sommer: Geschichte der neueren Zeit von 1700 — 1815 nach Schmidt's Grundriss; b) im Winter: Repetition der ältesten und der griechischen Geschichte. Pfarrer Jacobi.

8. Naturlehre. 2 Stunden wöchentlich. Die Einleitung und die Abschnitte von den chemischen Wirkungen, den einfachen Körpern, den Salzen und Erden, dem Wasser, den Luftarten, dem Feuer und dem Magnet in *Kries* Lehrbuch der Physik. Dr. Creuzer.

9. Mathematik. 4 Stunden wöchentlich. Im Sommer: a) Ebene Trigonometrie vom Anfang an bis zu Ende, nach Kiesewetter. b) Repetition der Arithmetik und zwar der im Kraushaarischen Lehrbuche enthaltenen neun Abschnitte durch Prüfung. — Im Winter: a) Lehren von den Dignitäten und Wurzeln nebst Rechnungen mit denselben. b) Logarithmen-Lehre. c) Gleichungen bis zum zweiten Grade einschliesslich. d) Schriftliche theoretische Darstellung über die Logarithmen e) Wiederholung der Arithmetik bis auf die Decimalbrüche einschliesslich, mit vorangegangener Einleitung durch Prüfungen. Dr. Kraushaar.

omnia, quae ex facto ducuntur, signa faciamus." Et de eo **narrationis** genere, in quo non ipsa causa nec omnis ratio controversiae, sed ea, quae extra causam sunt [1]) continentur, quod genus Graeci *ἔκφρασιν* [2]) appellant, in Doxopat. Homil. in Aphthon. Walz. Rh. Gr. T. II. p. 513 legimus „*ἐπεὶ δὲ πάντα τὰ τῶν περιστατικῶν ταῖς ἐκφράσεσιν ὑποπίπτειν χωρὶς τῆς αἰτίας ἀπεφηνάμεθα, φέρεται δέ τις καὶ διαφορὰ πρὸς ἀλλήλους παρὰ τῶν παλαιῶν, τὸν τρόπον* (leg. *τὸν τόπον*) *οἱ μὲν μὴ ἔχειν ὑπόστασιν, μήτε μὴν ἐκφράζεσθαι δυνατὸν ἀπεφαίνοντο, ὡς οἱ περὶ Ἑρμαγόραν τε καὶ Ἀψίνην, οἱ δὲ καὶ αὐτὸν ἀναγκαίως ἐκφράζεσθαι, ὡς οἱ περὶ Θέωνα τὸν Πλατωνικόν.*" Quod quidem ad nostrum pertinere nec affirmari potest, nec negari. Ceterum quaenam *τὰ περιστατικὰ* illa sint, optime ex comparatione Cic. de inv. I. 11. 16 (ubi translativa constitutio ita explicatur, quum aut quem, aut quicum, aut quomodo, aut apud quos, aut quo iure, aut quo tempore agere oporteat) cum Graeca eius status explicatione: *ἐὰν περιστατικὸν αἰτιᾶται,* (Walz. T. V. p. 231) videmus. [3]) Sunt fere eadem, quae nomine „argumentorum loci" satis nota sunt, aut personae, aut res, ut causa, tempus, locus, occasio, instrumentum, modus (Quinct. III. 6. 26). Inter hos igitur locos, sive elementa, quae a statibus quidem diversa, in quaque fere totius orationis parte redirent, Hermagoras *τὸν τόπον* [4]) in descriptione (s. narratione) omnino non esse dicit.

Reliqua autem, quum in artis rhetoricae descriptionibus non amplius de Hermagorae doctrina disertis verbis a scriptoribus antiquis dicatur, ei cum aliis communia fuisse videntur; neque ea, quae dedimus, totius artis Hermagorae fundamenta et principia in se continere veri dissimile est, quum inventioni prae ceteris et potissimum

---

1) Cic. de inv. I. 19. 27.

2) Cf. Lex. Technol. Gr. p. 100. Aphthon. Progymnasm. *ἔκφρασίς ἐστι λόγος περιηγηματικός, ὑπ' ὄψιν ἄγων ἐναργῶς τὸ δηλούμενον,* et schol. ad h. l. *διαφέρει δὲ ἔκφρασις διηγήματος, ὅτι τὸ μὲν ψιλὴν ἔχει τοῦ πράγματος ἔκθεσιν, ἡ δὲ πειρᾶται θεατὰς ἐργάζεσθαι μικροῦ τοὺς ἀκούοντας.*

3) Cf. Max. Planud. prolegg. ad Hermog. *εὑρ.* p. 369 *ἔτι λαμβάνεται* (sc. *τὸ προοίμιον*) *καὶ ἀπὸ πάντων τῶν περιστατικῶν· ἀπὸ μὲν προσώπου, ἀπὸ δὲ τοῦ πράγματος — ἀπὸ δὲ τοῦ χρόνου, καὶ ἐπὶ τῶν ἄλλων ὁμοίως.*

4) Ita legendum esse puto, quum inscriptio illius loci sit: *καιροὺς τε καὶ τόπους* sc. *πῶς ἐκφραστέον*; hanc autem falsam esse, nemo contendet, qui tempus et locum, non tempus et modum (*τρόπον*) inter se coniungi solere intelliget.

generi iudiciali, quod maximum esse, fere omnes artium scriptores consentiunt, summam operam dedisse videatur.

Quam totam latius primo fusam rationem, etiamsi Quinctiliano concedamus, esse instituentibus rudes non inutilem, et si non statim rectissima linea tensam, faciliorem tamen et apertiorem viam,[1]) tamen et ipsi eius iudicio subscribimus, quum his verbis disputationi suae de causae constitutionibus etc. finem imposuit:[2]) „Verum haec affectata subtilitas circa nomina rerum ambitiose laboret, a nobis in hoc assumta solum, ne parum diligenter inquisisse de opere, quod agressi sumus, videremur: simplicius autem instituenti non est necesse, per tam minutas rerum particulas rationem dicendi concidere. Quo vitio multi quidem laborarunt, praecipue tamen Hermagoras, vir alioqui subtilis et in plurimis admirandus, tantum diligentiae nimis sollicitae, ut ipsa eius reprehensio laude aliqua non indigna sit. Haec autem brevior, vel ideo multo lucidior via (sc. qua Quinctilianus ingressus est) neque dicentem per ambages fatigabit, nec corpus orationis in parva momenta diducendo consumet etc.“ Unde in nostrum quoque cadere consentaneum est, quod Quinctil. VIII. prooem. 3 de multis dicit, nonnunquam qui diligentissimi artium scriptores exstiterint, ab eloquentia longissime fuisse remotos. Quae opinio non solum Ciceronis verbis,[3]) sed etiam auctoris dialogi de oratoribus[4]) testimonio firmatur, qui „ista vero, inquit, longa principiorum praeparatio et narrationis alte repetita series et multarum divisionum ostentatio et mille argumentorum gradus, et quidquid aliud aridissimis Hermagorae et Appollodori libris praecipitur, in honore erat;“ quem quidem honorem postea demum, quum ars in scholarum spatia se recepisset, et apud Graecos[5]) et apud Latinos[6]) revertisse constat.

---

1) Quinct. III. 6. 83.
2) Quinct. III. 11. 21 sqq.
3) Cic. de inv. I. 6. 8. 9. Brut. c. 76. 78.
4) Dial. d. or. c. 19. Hoc autem in loco de nostro sermonem esse, non solum inde sequitur, quod Hermagoras, ut apud Quinctilianum, cum Apollodoro componitur, sed etiam ex universa artis descriptione, quam modo legimus.
5) Westermann. l. l. T. I. §. 95. 4.
6) Westermann. l. l. T. II. §. 88. 8.

JAHRESBERICHT

über

das Kurfürstliche Gymnasium

von Ostern 1838 bis Ostern 1839.

I. Lehrverfassung.

Uebersicht des im verflossenen Schuljahre Geleisteten.

A. Unterricht in Sprachen und Wissenschaften.

Prima.

Ordinarius: der Director.

In Prima wurde der Unterricht von 8 Lehrern in 32 wöchentlichen Lehrstunden ertheilt.

1. Griechische Sprache. Sechs wöchentliche Lehrstunden. — Prosa: Plato's Dialogen, Meno, Crito und Alcibiades I., grösstentheils mit schriftlicher Uebersetzung. Dr. Münscher. — Poesie: a) Homers Ilias B. XIX. XX. XXI. mit schriftlicher, theilweise metrischer Uebersetzung auserlesener Stellen. b) Sophocles Antigone mit schriftlicher Uebersetzung der Chöre. c) Theocrit's Idyllen (nach Bach's Anthol.) S. 43. 44. 139 — 166., theilweise mit metrischer Uebersetzung. 3 Stunden wöchentlich. Dr. Volkmar. — Mündliche und schriftliche Uebungen im Uebersetzen aus dem Deutschen ins Griechische nach Rost's Anleitung, 3. und 4. Cursus, mit Erläuterungen einzelner Lehren der Syntax nach Buttmann; 1 Stunde wöchentlich. Dr. Münscher.

2. Lateinische Sprache. 9 wöchentliche Lehrstunden. — Prosa: a) Cicero's Reden für Milo und für S. Roscius von Ameria. Tacitus Germania bis Cap. 22., im Sommerhalbjahr 2 Stunden wöchentlich; im Winterhalbjahr 4 Stunden wöchentlich. Die Schriftsteller wurden in dem letzteren lateinisch interpretirt. Dr. Deichmann. c) Im Sommer: Cicero's Bücher von den Pflichten B. I. C. 27. — B. II. C. 9. verbunden mit Disputir-Uebungen. 2 Stunden wöchentlich. Dr. Wiskemann. — Poesie: a) Horatius Oden, B. I. Od. 28 — 38. B. II. und III. Od. 1 bis 16. b) Horatius Episteln, B. II. Ep. 1., mit lateinischer Erklärung und Ueber-

